

nare cōuenit, neq; huiusmodi dispositions curantia medicamina ijs quæ aphthis conducunt annumerare, sicut nec ijs quæ erysipelata curant, illa quæ strenue digerunt particulas quæ ex refrigerantium medicaminum applicatione liuidæ euaserunt, & duræ ex erysipelacea dispositione ad scirrhosam delapse. Quapropter etiā nonnulli indistincta huiusmodi scriptura decepti, erysipelatis calida, & quæ digerunt medicamenta, atque aphthis ea quæ ad putredines congruūt adhibentes, non exiguras offensas inferunt.

**CLAVDII GALENI PERGAMENI DE  
COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVN-**  
dum locos liber septimus, Ioanne Guin-  
terio Andernaco interprete.

De affectibus, qui instrumentis respirationi dicatis accidunt.



Olen recentiores medici nominare arteriacas, non adiicientes, utrum antidotos dicant, an alio significatur: nonnulli ea electa, ab eo quod lingi possunt, nuncupant, non addentes medicamenta: quidam in totum nullam distinctionē ipsis ascripserunt: nonnulli raro apposuerūt, hi ad abscessam uocem, illi generalius adhuc ad uocem oblaesam: sunt qui ad arteriam exasperatam, & ad exulceratam scripserunt. Quamobrem bona ratione qui arteriacis medicamentis nominatis indistincte utuntur, interim sanè uoti cōpotes fiunt, interim uero nihil omnino ægrotates iuvant, sed plurimū offendūt. Clarum autem omnibus est, quod in huiusmodi affectibus asperam arteriam cauerunt. Olim igitur quando non appellabant arterias, quæ cordi similiter pulsant, de sola quæ ex pulmone in laryngem emergit, arteriae nomen protulerunt, uenas omnino appellantes, quemadmodum alias quæ non pulsant, ita & pulsantes. Postea uero ubi appellatio de pulsantibus dici consueisset, propter æquiuocationē, asperæ, nomen adiicientes, arteriam quæ ex larynge in pulmonem pertinet, nominarunt, sic ut etiam bronchum eam uocent, quoniam corpora cartilaginosa, quæ magna ipsis substantiæ portio est, bronchia nuncupat. Cæterum arteriam ipsam crassa membrana intus succingit, quam nonnulli ob crassitiem, tunicam appellat. Cum igitur affectus aliquis, uel in hac, uel in musculis, qui in larynge habent, prouenerit, arteriacas uocant, quæ ipsis medentur, non adiicientes, ut dixi, antidotos. Cæterum dissimilia specie facultatibus sunt, quæ ab ipsis scribuntur, ideoq; accidit ut qui citra distinctionem ipsis utantur, à scopo frequenter aberrent. Quod autem multa quædam sit differentia eorum quæ medici in librīs medicatorijs tradiderūt, ex tribus exemplis licet tibi condiscere: quorum aliud sanè minime mordax est, et exactè obstruit, aspreitudines læuigans; aliud huic contrarium, acrimoniae mordacis non mediocriter particeps, ut si particule ad amissim sanè adhibeatur, eam exasperet: medium uero amborum dictorum est aliud genus medicaminum arteriæ corum, facultatis citra rosionem abstergentis. Itaq; emplasticum est, quod ex passo cretico, gummi, tragacantho & glycyrrhiza preparatur: acre autem ex pipere, casia, cinamomo, galbano, & resina terebinthina. Medium amborum est ex pta næ cremore, amygdalî, & fabarum lomento, alijsq; id genus. Intra medium & extrema utriusq; plura sunt medicamenta, alia magis, alia minus à medio digressa, de quibus deinceps diffiniāt, eos qui distinctionem aliquam apposuerint, commen- dans: illos qui absoluto sermone scripserunt, non recipiens. In medio amborum consistunt, qui distinctiones parum integras moliti sunt, qualis est etiam eorum

qui scripserunt, Arteriace ad uocem abscisam, aut contrà, Arteriace ad eos quæ raucam uocem ædunt. Nam uocem esse abscisam, quod est non posse loqui, plures causas comitatur: partim sanè distillationes ex capite inueteratas, partim purulentos, tabidos, & eos qui ex magna uoce et multa affecti sunt, deinde nō probècurati, uel etiam qui nascentē adhuc dispositionem obtinent. Parí modo & rauca uox efficitur, tum ex eisdem causis, tum ex frigidī spiritus inspiratione. Itaq; dispositio uocis in opie & rauicitatis finitima est: magnitudine autem affectus hi inter se diffrunt. Cum sanè uehementius & difficilius uocis instrumenta humiditate irrigant, uox aboletur: cum moderatius humescunt, rauca efficitur. Cum autem uocalia instrumenta dico, arteriam intelligite, laryngem & pharyngem. Quibus igitur ex 10 uehementi clamore uox magis uitiata est, limilis quispiam accidit affectus ei qui subinde oboritur manibus, cruribus, lumbis, spine, & musculis plurimum dolentibus. Vocant autem nonnulli gymnastræ huiusmodi muscularum dispositionē in quibus consistit, lassitudinē inflammatoriā. In arteria igitur interior eius membra, aut tunica, aut quomodo cūq; nominare quis uelit, à spiritu qui per magnas uoces foras effertur percussa, ad dispositionem inflammatoriam peruenit: multo magis si præter uocis magnitudinem, acuties quadam adhuc accesserit. In larynge autem præter hanc percussionem, etiam actio ipsius maiorem dispositionem efficit. Curationis uero genus in qualibet particula materijs euariat; oleo liquidem infricare crura, manus, & spinam facile est, facultate ipsius per cutem in musculos 20 ei connexos perueniente; in aspera autē arteria, cartilagini post cutem sitae emollientium unguinū facultatis transitum in subiectā membranā prohibent. Quemadmodum enim oleum, sic alia multa composita medicamenta idem afferunt præsidij, & quæ initio acopa dicta sunt, sola hæc paulatim appellationem à seipsis ad similia consistentijs extenderunt, et si calefaciendi uehementer gratia adhibeatur. Communis autē materia auxiliorum instrumētis uocalibus cum alijs existit, quæ ex balneis petitur. Constat autem omnibus, quod ex aquis dulcibus materiam putem: nam marinæ, sulphureæ, aluminosæ, chalcanthum & bitumen referentes, eo quod uralde exiccent, non sunt idoneæ. Quinetiam ita facit qui uocem exercent, cum contendendo illam confregerint. Sunt autem hi citharœdi, & precones, tum qui tragœdiam comediamq; exhibent; balneis enim copiosis utuntur, & cibos rosionis expertes laxantesq; comedunt. At si etiam asperitatem persentiant, eos qui particulis obtingentibus inhærescant, assumunt; una siquidē est tunica sibi continua, quæ pharyngi, laryngi, stomacho, & asperæ arteriæ per interiora exporrecta est. Quod si dispositio in uocalibus oborta instrumētis, uictus ratione & balneis non subsidat, ad arteriacas proficiscuntur, cibis utentes per totum hoc tempus qui ex lacte, amylo, chondro, ouis, & placentis constant. Quod si his non curetur, inuenta sunt à medicis remedia, quæ quod sub lingua teneantur, hypoglottides nominantur: sunt autem hæ medicamenta eiusdem cum arteriacis, quæ inflammacionem arcent, facultatis, ex uino thæreo, gummi, tragacantha, & glycyrrhiza composta, quæ ut dixi, laevigant simul & asperitates repellunt. Quantum igitur in partibus relinquitur ex inflammatione, id & concoquunt, & citò persanant. At industrum esse oportet eum qui medicamentum linguae subiicit, ut paulatim eo liquefcente larynx id quod in eam defluit excipiat, tussi oborienti relistent: nam continent se ut non tuissant, concedent ut aliquid medicamenti in laryngem & arteriam defluat. Ut autem claram uocem habeant qui ita sunt curati, fieri nō potest, nisi rursus medicamentis citra rosinem abstergentibus utantur, quale est lomentum, ptisana, & lini semen torrefactum: quippe huiusmodi medium ordinem possident inter medicamenta facultate mediocria, & emplastica. His autem magis abstergunt resina terebinthina, thus, mel despumatum, amygdalæ amaræ; sicut rursus ualentior

ualentior his est erui farina, hormini semen, iridis radix, & panacis : omnibus his uina conueniunt & mollia, & dulce creticum, thæreum, & scybelites. Præterea haud noui quomodo neglectum, quod à nostræ Asiae Græcis hepsema, id est, sapa uocatur, qui magis attico sermone utuntur, siræum appellat, dicuntq; quemadmodum alijs, caricarum decoctū, ac certant inter se, utrum ipsorum siræum nuncupare oporteat. Est autem & hoc ipsum siræum, quod pinguisbus caricis in aqua decoctis efficitur, mediae facultatis, quā abstersoriam & rolionis experte nominauimus : itaq; mustum quod coquitur maxime emplasticū est, & minime rodens; uerū ex caricis decoctum magis digerit abstergitq;. Quemadmodū igitur in superioribus dixi, omniū simpliciū medicamentorū facultates exacte cognitas habere oportet eum qui compositū aliquod uolet efficere : is aut ipse etiam illis quæ alij composuerunt recte utetur, præsertim cū indistincte scripta fuerint, sicut etiam plurimæ arteriacæ. Porro cuilibet notum est his quoq; quæ distincte prodita sunt, hunc ipsum melius usurū: etenim secundum exactam rationem, quatenus affectuū constitutio degenerat, etiā utile huic medicamentū immutare oportet; hoc autē solus recte, qui uniuscuiusq; simplicis medicamenti facultatē cognitā habet, ad amissim nouit, adiiciens priori medicamento exiguum quiddam ex proximo ordine. Exempli gratia, in tensiuis lassitudinibus cum in pharyngis musculis prouenerint, per initia sanè conueniunt mitissimi cibi, medicamenta autem emplastica: ubi iam subsederit inflamatio, exiguū ex abstersorijs quiddam apponi debet; deinde postea amplius; hinc aliud rursum illo generosius, ut paulatim compositio ad medium abstersoriū perueniat: eodemq; rursus modo in hoc magis digerens & abstergens: postea sic ad uehementissimū, cum diutius ueluti scirrhosa quædam dispositio in uocalibus instrumentis perseuerat. Primi igitur ordinis est tragacanthū, gummi, samius aster, amydon, & sorbitio ex chondro & trago, probè coctis: item lac ipsius idoneum est, placenta, oua sorbilia, & nuclei pini, quos nunc omnes uocant strobilos, olim uero apud Atticos uocabantur coni: item sesama huius generis existunt. Post haec quod uocatur butyrum, aut si tibi libet masculino genere appellasse butyros, decoctumq; dulcis radiculæ in mellis attici liquidi crassitiem redactum: dulcis aut radicis, quam glycyrrhizam nominat, satius est quum primum datur occasio, ut dixi, ex aqua decoctū miscere sapæ ex musto preparata, quæ à nobis in Asia uocatur hepsema; miscere dein hoc passo cretensi, & rursus coquere post misturā, siue sapæ fuerit commixtū, siue passo cretensi. Hæc igitur in dispositionibus inflammatorijs, quæ arteriam & laryngē infestant, utilia per initia sunt, quousq; inflammatio moderata extiterit, & ante omnia à uini potu per hoc tempus abstineatur: Vbi uero moderationis inflamatio reddita fuerit, pallium thareum, aut scybelites, aut quod ex nostra Asia apportatur, bibere licet; præsertim caryinum, deinde thareum nonnatum: post etiam dulce uinum tmolites: quo tempore butyrum accōmodum est, & sorbitio ex amygdalis, quæq; ex lacte paratur & melle diutius coctis, amylo 40 injecto: & si amydon desideretur, silagine apud Romanos dicta. Constat autē omnibus ex hac uictus ratione inflammationē quidem membranarū & muscularū qui in larynge & arteria habētur cessare, humiditatē uero copiosam relinquī, quæ claram uocem reddere nequit: digredi ergo tunc cōuenit à cibis ad ea omnia quæ ex melle coquuntur: quinetiam ad fabaceā farinam, ptisanam, brassicam, & porra probè cocta. Medicamentorū usus idoneus est, quo tempore uel inflammatio uel asperitudo superant, eorū quæ linguæ subiectiuntur, de quorū compositione tractabo: post haec quæ magis abstergunt desiccantq;: deinde his rursum ipsis magis abstergentia siccantiaq;, usque dum ad ea perueniamus, quæ non nihil acrimoniae obtinent: atq; inter haec ipsa à moderationibus auspiciati, ad uehementiora paulatim descendimus. Qualē igitur uictus ratio formā habitura est, antea cōprehendimus;

sicut etiam simpliciū medicamentorum species. Porrò composita ex ipsis medica mina, multifarīam alijs alijs mensuris scripserunt: & quibusdam sanè abunde fuit ex tribus aut quatuor simplicib⁹ medicamentū componere, nonnulli in maiorē numerum extenderunt. Et quidam, ut traditum est, ex molissima lenissimaq; ma teria compositionē arteriacarum facultatum moliti sunt: nonnulli uero secus, ex acri, calida, abstersoria, et siccante admodum. Sunt qui etiam tertiam speciem, que ambarum media est, & post hos, alijs inter medianam & molissimam, alijs inter acer rimam & medianam: ac ex ipsis rursus alijs magis, alijs minus à medijs facultate medi camentis diuersas compositiones moliti sunt. His omnībus recte utetur solus, qui uniuscuiusc⁹ simplicis uim pernouit: ipse enim sciet & ordinem medicamenti, & quantum à medijs recedit. Scripserunt itaq; qui ante Mantiam et Heraclidem fue runt huiusmodi medicamenta; multo autem meliora commemorati uiri, uel ipsi componentes, uel ab alijs desumpta scriptis mandarunt, quae nobis reliquere, me dicotoriam artis partem augentes. Temporis autem spatio, & hæc & priora, ex ætate & longo usu comperta uiri delegerunt, collegeruntq; de quibus frequenter in hoc opere uerba feci. Hi uero sunt, Asclepiades, Musa, Andromachus, Heras, Cri to, & Menecrates: multa uero alia medicamenta & Archigenes, & Philippus tra diderunt, ut nullius adhuc uetustioris indigeamus: hi enim, ut dixi, quae uetustiores inuenierunt, optime omnia lieri mandarunt.

*Quas Andromachus arteriacas conscripsit.*

Plurimas arteriacas facultates Andromachus conscripsit, ut is qui differentiam ipsarum nosse potest, ab imbecillimis ad uehemētissimas per media paulatim pro cedat: ipse enim Andromachus minus distincte eas tradidit, uerum ego distinctio nes apponā, in memoriam reducens ea quae nuper prædixi. Porrò quod eum qui dicta intellectu assequitur est, prius in simplicium medicamentorum opere ex ercitatum esse cōueniat, frequenter à me expositum est: nisi enim uniuscuiusc⁹ sim plicis uim exacte noscat, et distincte, haud poterit compositum nosse, ex quali con generum ordine existat, utrum ex molissimo, an uehemētissimo, uel medio, uel ali quo eorum quae inter hæc consistunt, aut etiam ex alijs. Primam igitur facultatem arteriacam non multo post libri initium tradidit, ubi affectuum intra corpus obo rientium curationem tractat in hac uerba.

*Arteriae, quæ uir.*

„ Thuri drachma una (in alio quatuor) myrræ drachma una (in alio quatuor)  
 „ croci drachma una (in alio quatuor) scyllæ drach. duæ, passi cretensis sextarij tres;  
 „ scilla passo incoquitur, donec in spissitudinē coeat, deinde scilla abiicitur, reliqua  
 „ uero insperguntur. Hoc medicamentum nisi scillam haberet, esset utiq; longè  
 „ mollissimum, in tres passi cretensis sextarios paucissimo thure, myrrha, et croco in  
 „ iectis, ut ferè totum ipsum sit passum cretense. Constat autem omnibus medica mentum fieri, quod ad ipsos à linctu electon appellatur. Iam & atticè ea vocant,  
 „ medicinas electas. Post suprascriptam facultatem, alteram his uerbis Androma chus tradidit.

*Arteriae diacodyon.*

\*Forte, „ Papaueris capita uiridia mille ducenta, mellis attici \* librae quatuor, croci cilicij congij. „ drachmæ quatuor (secundum alios drachmæ decem) hypocystidos succi drach. „ decem, acaciæ tantundem: aqua pluialis papaueris capitibus immittitur. Aqua  
 igitur pluia inditur, ut medicamentū putredini minus sit obnoxium: habet enim  
 hæc aqua nimium aliquid in se astringens. Cæterū huc in proposito medicamento  
 consiliū dirigit, ut dispositio in arteria cōcoquatur, quod utique fiet somno & me dicamētis, quæ simul cū astrictione haud multa cōcoquant: itaq; simplex medica mentū diacodyō, ut ego facere confueui, papaueris capita sola habet aquæ indita,  
 ac ubi

ac ubi intabuerint, ipsa ejusmodi aquam ipsorum attico melli soli miscemus; ac de inde ubi ex coctione spissitudo medicamenti quod lingi possit facta fuerit, utimur. Quantum uero aquae quanto melli miscendum sit in huiusmodi medicamentorum confectionibus, posterius exponam in eo loco ubi talem scripturam proponam, Arteriace diacodyon. Tertiâ facultate post predictas hanc conscripsit Andromachus.

*Arteriace Blasti, qua utor ad eos qui phthisi laborant, admodum bona.*

Nardi gallicæ drachmas quatuor, amomi drachmas octo, cinamomi drachmas decem, malabathri drachmas quatuor, nardi indicæ drachmas tres, iuncæ odorati floris drachmas duas, casiae drachmas octo, thuris drachmas tres, myrræ drach. unam, costi drachmas quatuor, magmatis malabathri drachmas sex: palmulas in mulso aut passo incoquens, deinde nucleorum pini uiginti in decoctum iniçce, & dissoluto, deinde medicamento hoc nucis auellanæ aut paulo minoris instar ad alii quos dies utitor, deinde mitiori medicamento: rursum post duos tres uerum dies, utitur ex aloë hiera cochlearis magnitudine cum aqua ad diem unum: utere autem medicamento, & cum lacte in arteriæ affectibus gargarizare iubens, & rursus interiori spatio utere medicamento dolorem arcenti, instar fabæ ægyptiæ. Cum autem ualida fuerit defluxio, adjicimus antidoto opium & castorium, modicum utriusque: in ijs quæ stomachum offendunt, ipso medicamento. Notum autem est ex ipso usu, quæ scripserit Andromachus in ijs qui defluxum in thoracem, pulmonem & arteriam experiuntur, cum superiorē medicinâ idoneè composuerit: dixit enim ipse, cum ualida fuerit defluxio, admiscemus antidoto opium & castorium, modicum utriusque, nimirum siccum defluxum & sanum reddere cupientes: urarium enim est, & multæ misturæ, ut ad omnes conueniat dispositiones, quæ et diuturnæ, & malignæ sunt, & curatu difficiles: & si ulcus aliquod sit circa arteriam aut laryngem, et potissimum circa pulmonem: nam huiusmodi ualidis sanè medicamentis indigent, ut diutius sufficere possint qui tabidam experiuntur dispositiones. Cum enim occupauerint locum siccum, & uictus ratione conuenienti & medicamentis utentes, diutius resistunt, consueta munia mediocriter obeutes: ipsam enim facultatem non censeo admiscendam ijs quæ proprie uocantur arteriacæ. Quartum post praedicta Andromachus conscripsit medicamentum in hæc uerba. Aliud eiusdem. Dicit autem nimirum Blasti, de quo in superiori arteriace scripserat, Arteriaca Blasti qua utor: compositione uero eius huiusmodi facit: Aloës uncias duas, croci unciā unam, mastichæ tantudem. Constat autem omnibus medicamentū hoc esse ex ijs quæ ab alio subducenda eccoprotica dicuntur, necnon cōcoquens quidam croci nomine habere. Cum autem dico cōcoquens, intelligere oportet dispositionis, cuius gratia admouetur. Quintum post supra cōmemorata Andromachus tradidit medicamentum hoc. Dolorem arcens eiusdem. Opij uncias tres, croci unciam unam, myrræ uncias duas, acaciæ unciam semis, dulcis radiculæ succi drach. quatuor: cum melle excipiuntur. Hæc sanè Andromachus. Ego uero non admō dum probo huiusmodi medicamentorum compositionem, nisi dispositio indicetur, in qua ipsis utendum sit. Nouimus enim in anodynîs huc spectare compositione, ut somnum conciliemus, & dolorem magnum stupore obtundamus. Acaciæ autem mixtura ratione ulceris est, quemadmodum & dulcis radiculæ succus, ad leniendū exasperata. Crocum uero et opium in anodynîs miscere plurimis placuit, quādō quidem uidetur ipsis omnes satis cōcoquere dispositiones. Sextam deinceps scripsit Andromachus facultatem huiusmodi. Arteriace eiusdem. Thuris unciam unam, succi glycyrrizæ tantudem, myrræ drachmas quatuor, tragacanthæ drachmas sex, nardi drachmam unam, amomi drachmas quatuor, croci tantudem, mellis attici quod satis est. Atque hanc constat componi ad easdem respirationis instrumentorum dispositiones ex cōcoquentibus, mitigatorijs, astringentibus & abstinentijs.

sorijs. Etenim thus, myrra & crocus, concoquentium dispositiones sunt: dulcis autem radiculae succus ex his quae laevigant asperitates, quemadmodum & tragacantha. Amomum uero uralde siccatur, necnon modice astringit. Mel autem facultatis est calefacentis & abstergentis. Septimam à prædictis tradidit Andromachus, ex multis adeò medicamentis compositam, quæ omnes ferè facultates obtinent: etenim astringentia, rodentia, extenuantia, mitigantia et laevigantia, item somnum concilians, digerens & abstergens in se continet: de quibus omnibus multæ misturæ facultatibus, communis etiam antea à me habita est disputatio, ut ex omnibus medicamentis aliquis si uolet componere hac spe, ut unum medicamen tum ad omnes congeneres dispositiones faciat, ex ipsis nonnulla quidem per experientiam inuenta sunt prava, eoç reprobata: nonnulla quidem prosperum successum habuerunt, prout autor eorum eueniire sperauerat. Cæterum scripsit Andromachus compositionem ipsius, non adeò id facere solitus. Quod autem ex medicamentis uarias facultates, quas dixi, habentibus componitur, satius est meminisse eos qui hos libros legunt: si autem promptam non habuerint memoriam, saltem eo ipso tempore in quo eiusmodi medicamenta discunt, legant diligenter sextum, septimum & octauum de simpliciū medicamentorū facultate. In illis enim omnem medicamentorum materiam conscripsi, quæ sunt radices, folia, flores, semina, fructus, liquores, & succi eorum quæ ex terra nascuntur, aut stirpiū omnium. Cum igitur haec audiuieris, aduerte iam mentem ijs que Andromachus de hoc medimento conscripserit.

*Arteriace qua utor.*

» Piperis radices quammaxime proceræ eluuntur, donec admodum puræ reddantur, & terrenum dimiserint; deinde refrigerantur ad diem unum, & inciduntur ad tres digitos, cē minuuntur q̄ ex eis librę decem, iniiciuntur in ollam recentē, & dulcis aquæ sextarij decem, coquuntur q̄ ad sextarios quinq̄, exprimitur q̄, atq̄ liquor in duplex uas mittitur: aromata autem integra. Nardi indicæ drachmæ quatuor, » cinamomi drachmæ sex, dulcis radiculae tantudem, casiae, rheu pontici, singulorū drachmæ quatuor, balaustij drachmæ sex, rosarum siccaturum drachmæ quatuor » (alijs uero drachmæ sex) hæc coquuntur similiter ad dimidijs, deinde exprimitur, » adiiciuntur q̄ decocto, mellis attici sextarius unus: ubi coctum fuerit, & in spissitudine nem redactum, seorsim in duplo uase donec manus non inquiet, adiiciuntur terebinthinae pellucidae drachmæ tres, galbani drachmæ duæ, croci drachmæ quinque, alterci succi, hypocystidos succi, singulorum drachma una, succi mandragoræ oboli tres, piperis albi drachmæ octo. Octauum post commemorata conscripsit medicamentū, eius facultatis summā indicans, quod oportuit in omnibus ipsum fecisse: habet autem sic ad uerbum.

*Arteriace laudata ad humores in thorace collectos, expurgat & laevigat.*

» Erysimi torrefacti drachma una: in quibusdam uero exemplaribus lometi scriptum est: ambo abstergentis sunt facultatis, lini seminis torrefacti drach. uiginti: & hoc abstergentis est facultatis, nuclei pinij drachmæ octo: hoc nimirum laevigat, uiae pastæ acini exemptis drachmæ quatuor: & hæc eo quod non nihil astringit, ac simul alimentum utile est corpori, congrue mixta est: habet aut & dulcem facultatem, quam in quarto de simplicium medicamentorum diximus, croci oboli duo. Minimum nimirum adiecit croci autor medicamenti, ut ferè nihil relatione aliorum esse uideatur: diximus aut crocum concoctoriae esse facultatis, necnon astringere. Iam uero docui astringentem contrahere, stringere & corroborare corpora. Adiecit præterea heminæ mellis quartæ partē, abstinenſ à dulci uino & sapo: purgare enim humores uult, qui in thorace relidet, medicamentū, quod præparat quemadmodum prædictū est. In huiusmodi uero medicamentis, educationē crassiorū humorū uerat;

uetat: admiscuit autem his tragicanthæ drachmas quatuor, medicamenti exasperata laevigatis. Iam uero ante docui uelle ipsum propositum medicamentum, ea quæ circa thoracem sunt purgare & laevigare. Scopus enim in huiusmodi est, ut ea quæ in thorace haerescunt, extenuent, expurgent, & ad eductionem idonea reddant: doloris autem sopiendi gratia, ut particulas exasperatas non adeo afficiat, laevigantia apponunt. Maximum uero hoc est, & in omnibus meminisse oportet eius, quod unum saepescopum habent, propter quem medicamentum componunt: ne autem aliquo modo ipsum molestum sit, ambo miscentur, primū scopum auxiliū habentia. Nonam arteriacen ab his tradidit Andromachus in hæc uerba. *Arteriae Marini.*

10 Croci uncia una, gummi uncia duæ, tragicanthæ uncia una, mellis attici sextarius unus: coquito usq; dum ab igne sublatum manus non inquinet. Hoc medicamen tum medium facultate est: esset autem exacte mitigatorium, et doloribus arcendis idoneum, nisi crocum & mellis sextarium haberet; sed eius loco uinum thareum, aut creticum, aut quod ex musto cocto componitur, quod nos, ut dixi, uocamus hepsema, id est, sapam immittimus. Adiecta sunt in oratione, ad prædicta intempestive fortiora medicamenta, quæ & purulentis & his qui tabe uexentur, cōueniunt. Decimam ordine postea scribens, adducit inter exacte mitigatoriū & medium, qualē esse dixi modo comprehensam: ex gummi enim, passo cretico & aqua composuit, miscens melli, gummi quidem iniiciens uncias octo, passi sextariū unū, mellis uero libra unam: gummi aqua lauare iubens, non adiiciens quantū: itaq; propter gummi, passum, & aquā, planè nihil habet absteriorum: propter mel uero, à maxime mitigatorio & laevigante recessit: nouimus enim mel astrictorum esse. Coqui autem ipsum oportere super carbones dixit, hoc est, super lendum ignem fumi expertem: recte quidem fecisset si in omnibus arteriacis hoc adscripsisset. Ego autem sic ipsum præparo, neq; super carbones adhuc ardentes cōcoctionem molior, ne furosum & acre quod ab ipsis sursum fertur, medicamento acrimonias non necessarias insinuet: mellis enim acrimoniam sustinemus, et si etiam ipsa non sit uehemens, propter alium ipsius usum: fumi uero nullus usus, eoq; uitari ipse debet, quantum poterit, in omnibus huiusmodi medicamentis. Præstaret autem etiam in emplasticis omnibus uti aridis lignis. Undecimum medicamentum hoc pacto tradidit. *Arteriae dia bona.* Cinamomi, thuris, succi dulcis radiculæ, singulorum uncia una, myrræ drachmæ quatuor, tragicanthæ drachmæ sex, nardi indice drachmæ quatuor, amomi totidem, croci drachma una: melle attico excipiuntur. Verè dixit bonam esse arteriacen hanc: sed deest sermoni ad quasnam dispositiones ipsam bonam esse pronunciet: quippe traditū est in initio, ex clamore & destillatione arteriā affici, & eo quod ulcus habeat, aut inflamationem in scirrum indurecentem. Cuius autem nunc compositionem Andromachus tradidit, etiam ad eos qui tabe laborant, idoneum est medicamentum, & omnes summatim inueteratas thoracis & pulmonis dispositiones. Nam cinamomi natura cum sit tenuis & siccatoria, dispositionibus etiam scirro induratis mederi solet: post id amomi facultas est, quæ non nihil etiā astrictorum obtinet. Porrò ob horum actionem, cum sit uehemens, bona ratione mixta sunt thus, dulcis radiculæ succus, & tragicanthum, medicamenta quæ exasperata lenire possunt. De croco & myrrha subinde diximus, quod huiusmodi dispositiones concoquāt, & mediocriter siccent. Duodecimā arteriacen Andromachus in hunc modum scripsit.

*Alia ex commentarijs Galli, ad arteriæ affectus, ulcera pulmonis, puris eductiones, & sanguinis, destillationes in thoracem: item ad ea que ægre educi possunt, plurimum ualeat.*

Resinæ terebinthinæ drachmæ quatuor, croci cilicij drachmæ quatuor, thuris tantundem, myrræ troglodytidis drach. quatuor, cinamomi drach. iiiij, amomi

» drachmæ tres, pini nuclei drachmæ quatuor, dulcis radiculæ exenteratae drachmæ  
 » quatuor, nardi syriacæ drachmæ duæ semis, casiae nigrae drachmæ duæ, tragacanthi  
 » drachmæ tres, palmularum syriacarum carnis drachmæ tres, terræ famiæ drachmæ  
 » quatuor, galbani puri oboli tres, costi drachmæ quatuor (in alio drachma una) mel  
 » lis attici heminae quatuor; coquitur in uase dupliciti mel & resina; ubi uero in spissi-  
 » tudinem coepit coalescere, galbanum miscetur, usq; dum manus nō inquietet,  
 » deinde refrigerato laeuia reliqua misceto, atq; sic utitor. Recte fecit in hoc medica-  
 » mento, qui & contra quos affectus cōueniat, & quomodo ipsum præparare oportet  
 » sc̄ripterit; methodus autem compositionis ex superioribus manifesta est. De-  
 » cimamtertiā arteriacen Andromachus in hæc uerba tradidit. Arteriace Galli. Hæc  
 » etiā antidotus ad eadem efficax est. Nardi syriacæ, myrrhæ, croci, singulorū drach.  
 » quatuor, costi drach. quatuor (alij drach. una) piperis albi grana triginta, dulcis ra-  
 » diculae drachma una, nuclei pini centū, styracis drach. una, tragacathæ, cinamomi,  
 » amomi, singulorū drachma una, thuris drachma una, oboli quatuor, casiae fistulæ  
 » drachma una, balaustiū drach. tres, obolites, mellis attici, aut passi cretensis hemi-  
 » nae duæ; passum in dupliciti uase coquito, usque dum mellis accipiat spissitudinem,  
 » deinde sic laeuia siccis superfundito; tragacanthi, styrax postridie abunde in pas-  
 » so maceretur, atq; hoc pacto reliquis misceto, deinde in pyxide argentea aut plum  
 » bea sic reponantur. Recte quidem fecit, qui ascripsit ad quid ualeat, & compo-  
 » sitionem ipsius; eoq; ego omnes arteriacas ab eo conscriptas tradidi, ut nullus alio  
 » scriptore opus habeat; omnis enim species in ipsis est, & mollium, & fortium, &  
 » mediiorum. Decimaquarta arteriace est, de qua hoc pacto scripsit. Arteriace uehe-  
 » mens Moschionis. Est autem ipsius facultas supra medias non modicum egressa ad for-  
 » tiores; habet enim uim incidentem, extenuantemq; et calida multa medicamenta,  
 » quibus miscuit & quædam mitigatoria, quorum causam dixi. Compositio autem  
 » ipsius est huiusmodi: Minij lemnij, thuris, myrrhæ, nardi, amomi, casiae rufæ, cro-  
 » ci, iridis illyricæ, iunci odorati floris, singulorum drachmæ duæ, cinamomi, resina  
 » terebinthinæ, rosarum floris, singulorū drachmæ quatuor, opobalsami drachmæ  
 » duæ, mellis hemina una, aut passæ cretensis heminae dimidia quarta pars: liquore  
 » & resinam coquito, donec rufum acceperint colorem, deinde ablatis ab igne reli-  
 » qua adiçito, & conterens dato ijs qui thoracis & arteriæ affectibus laborant fabæ  
 » græcanicæ instar cum aquæ heminae quarta parte: reliquis uero linctu exhibeo.  
 » Decimumquintum medicamentum in hunc modum conscripsit.

Arteriace ad affterites gutturis, & uocis abscisionem, & ægræ glutinosare ije-  
 » cientes, qua uer, ex scriptis Apollonij & Alcimonis.

» Tragacanthæ, gummi, singulorū drachmæ sex, thuris drach. una obolus unus,  
 » myrrhæ drachma una oboli duo, croci tantūdem, glycyrrhizæ succi drachma una  
 » obolites, aut radicis drachma una semis, piperis albi grana uigintiquinq; glan-  
 » dium palmae pinguium carnis drachmæ tres (nonnulli uero palmulas sex aut tres  
 » ponunt) tragacanthum passo macerans laeuigansq; excipito, reliqua uero laeuiga,  
 » & catapotia fingens fabæ magnitudine, iube sub lingua continere. Huiusmodi fa-  
 » cultates medici, eo quod sub lingua contineantur, hypoglottides uocant, iubentq;  
 » medicamento dissoluto, id quod defluit, sensim in laryngem excipere, resistentes, si  
 » tussis urgeat. Decimamsextam compositionem ad uerbum ita tradidit.

Arteriace linctu idonea ad omnes affectus internos, potissimum uero ad phthisicos, piarulentos,  
 » & ad hydropas incipientes, tussesq; ueteres, exhibita per diem &  
 » noctem cochlearis magnitudine.

» Scillæ succi sextarij quatuor, passi cretici sextarij tres, uini falerni sextarij octo,  
 » mellis attici sextarij tres, myrrhæ unciae quatuor, croci unciae duæ, thuris tantundem,  
 » aristolochiæ dactyloidis mina una semis, glycyrrhizæ mina una, eryngij radicis  
 » unciae

unciae durae, casiae uncia una, nardi gallicae uncia una, xylobalsami unciae octo; ari-  
stolochiam, eryngium, glycyrrizam, xylobalsamum, & casiam, nardumque & iun-  
cum odoratum, contusa crassius, sextarijs octo uini macerato per tres dies, deinde  
in lento igni ad tertias decoquito, & sic expressis et folidibus abiectis, passum, mel,  
& scille succum adjicito, coquitoque usque dum mellis accipient spissitudinem. Crocū  
uero, thyrus & myrrham deinceps laeviga cum uino, atque ubi bene se habuerit me-  
dicamentū addito: & ubi modice liqueficeris, ab igne remoueto, atque sic reponens  
utitor. Recte fecit Andromachus, qui ad quid ualeat, & compositionem medica-  
menti asscripsit. Decimaseptima facultas ab ipso tradita huiusmodi est.

*Arteriace alia Euclidis Palantini.*

Scillæ succi sextarij tres, passi cretici sextarij tres, uini falerni tantundem, mellis  
attici hemina una, croci unciae tres (alijs uero unciae durae) myrrhae unciae tres, traga-  
canthi uncia una, dulcis radiculæ succi unciae durae, thuris uncia una, opobalsami  
uncia semis: præparato ac utitor. In hac cōpositione, neque ad quid ualeat, neque præ-  
parationem asscripsit, ceu qui legat, sententiam ipsius iam possit intelligere. Cum  
enim dicit alia arteriace, similia superiori ipsam promittere nobis cogitandum: com-  
positio autem ex prius dictis colligenda est. Decimamoctauam compositionē  
hoc modo tradidit: Arteriace ex scriptis Perigenis, ad omnes arterię dispositiones:  
Croci drachma una, uua passa acinis exemptis drachma una, amygdalarum dra-  
chimae octo, myrrhae oboli quatuor, tragacanthi drach, quatuor, piperis albi oboli  
tres: mel coctum, & uua passa frigentur, amygdala excoriantur, tragacanthum  
uero in aqua maceratur, laevigaturque diem unum, atque sic miscentur una. Et in  
hac recte fecit, quod ad quid utile sit medicamentum, & compositionem eius asscri-  
bat. Ceterum facultatis est mediae, quare & ad omnia ipsum utile esse dicit: huius-  
modi namque mediorum medicamentorum natura existit, unde et ipsis medijs facul-  
tatis propriè & principaliter conuenit: ijs autem quae mollia aut fortia requirunt  
medicamenta, nullum neque bonum, neque malum magnum conciliat. Postremam  
omnium arteriacen in hunc modum conscripsit: Muli ueteris sextarij tres; coqui-  
to ad tertias, deinde nucleorum pini torrefactorum adjicito heminam, piperis al-  
bi uncias duras, & utitor. Eset utique hoc medicamentum molissimum, nisi piperis  
albi accepisset aliquid. Hoc enim assumpto, ad mediorū facultatē peruenit, quare  
etiam cum id congenerum suprascripto putaret, subscriptis.

*Arteriace quatuor numero à Critone prodite.*

Iam & arteriacarum à Critone proditarum, quatuor numero meminisse conue-  
nit. Scribit itaque de prima ad uerbum hoc pacto. Aduoces abscessas exercitiū uitio-  
rum. Ficus & eryngium coquito probè, decoctioni adde gummi, ut fiat melle spissius,  
& da sub noctem bibere. Bene facit & ammoniacum, eoque facultatis eius mentio-  
nem feci, quoniam per initia prædictum medicamentum si ex eryngio præpare-  
tur, idoneum est: ammoniacum uero in diuturnis utile est, cum ualidum existat  
medicamentum. Male itaque fecit Crito, qui indistincte ualidissimum cum medio-  
cri simul conscripsit: si enim in duri usum ipsum permutteris, non solum homi-  
nem non iurabis, sed etiam laedes. Alteram arteriacen tradidit Crito, medium fa-  
tultate, digerentem & rosinis expertem, in haec uerba. Alia, confert potissimum  
ad uocem oblaesam, asperam arteriam, tussis irritationes, dolores aurium, ulcera in  
auribus & testiculis, item & distillationes concoquit. Thuris oboli quatuor, myr-  
rae drachmae durae, passi cyathis tres: passum usque dum mellis acceperit crassitatem in-  
coquito, deinde myrrham thusque adjicito, & cum passo semicocto ab ipso exem-  
pto, probè facit dysentericis & cœliacis: quidam croci drachmam unam miscent,  
sitque medicamentum ad aures & oculorum inflammationes idoneum. Hæc sanè  
& manifestè & recte conscripsit Crito. Me uero expositionem huiusmodi medi-

camentorum adiūcere non oportet, cum subinde eorum mentionem fecerim: reliquias uero duas persimiles prædictæ, sed moderatores facultate & simplicissimas,  
 » in hæc uerba scripsit: Linctus Faustianum dictus. Vini falerni sextarius unus,  
 » mellis attici libra una; coquito in duplicitate uase, ruta ramis circumagens. Alterum  
 » medicamentorum hoc pacto habet: Linctus ex uino scybelite, quo utor. Vinis cy-  
 » belitis sextarius unus, gummi unciae tres, mellis unciae nouem: coquito in duplicitate  
 » uase gummi, quod prius maceraueris, laevigauerisque. Sic quidem inibi adiecit  
 » solum hoc, in duplicitate uase. Optime autem quis omnes arteriacas componit, quæ  
 » uim mitigandi, digerendi, & leniendi promittunt, si in diplomate, hoc est, in du-  
 » plicitate uase coquantur, quemadmodum unguentarij dum eiusmodi medicamenta  
 » conficiunt, in magno aliquo lebete aqua calida infusa, alterum uas collocat, quod  
 » medicamentum in se coquendum contineat: deinde carbonibus aut lignis per-  
 » stis aridis coquunt.

## Diacodyon secundum ueteres.

Et in huius compositione indistincta ueterum fuit discordia: quidam enim ipso-  
 rum in centum uiginti papauerum capita aquæ sextarios uiginti immittere præ-  
 cipiunt, ut uniuscuiuscque sextarij mensura habeat sex capitum mixturam: nonnulli  
 autem octoginta sextarijs, octingenta papauerum capita inieciunt, ut singuli sextarij  
 capita decem accipiant. Quidam uero sic, ut sextarius octo capita recipiat: non  
 nulli in sextarios tres, haud scio quomodo, octoginta papauerum capita immittunt:  
 quidam uero centum & uiginti, sextarijs tribus aquæ inieciunt: mihi quidem ap-  
 paret paucam admodum aquam in tot capita papauerum iniectam esse.

## Diacodyon Andromachi.

Andromachus igitur ut in arteriacis superius traditum est, secundam prepa-  
 rans, hoc pacto cōscripsit: Capita uiridia mille ducēta; deinde in fine addidit aqua  
 pluuialem, non adiūcens quantum.

## Diacodyon, ut Crito.

» Crito in hæc uerba tradidit. Diacodyon Lite: papauerum sylvestrii capita octo-  
 » genta, aquæ sextarios octoginta: decoquito ad tertias, & exprimens mellis libras  
 » decem adiūcito: sin autem uariam ipsam uelis efficere, adiūcito croci, myrrhae, hypo-  
 » cystidos succi, singulorum drachmas duodecim, thuris drachmas sex, acaciae dra-  
 » chimas duodecim. Recte quidem mihi uidetur singulis sextarijs capita decem adi-  
 » cere: sic enim accidit, ut cum ille sic scriperit, octingenta capita sextarijs octoginta  
 » immittantur. Ego uero & hoc pacto preparo, neque crocum, neque myrrham, neque  
 » aliud quippiam addens: optimum enim est simplicissimum.

## Diacodyon Heræ.

Heras sanè centum uiginti capitibus, aquæ pluuialis sextarios tres superfundit,  
 omnino exiguum mensuram: et si in quibusdam exemplaribus non numerus ca-  
 pitum centum & uiginti, sed drachmarum scriptum sit. Asscribam itaque totam  
 » ipsius seriem, quæ in hæc uerba sonat: Capita papaueris uiridia centum & uiginti  
 » in uas fictile coniūcito, cum aquæ pluuialis sextarijs tribus, ac linito macerari ad  
 » dies tres, deinde ad tertias decoquito, postea ab igne remouens exprimito, & ubi  
 » percolaueris, adiūcito mellis sextarium unum, coquitoque in duplicitate uase; ubi uero  
 » in spissitudinem coierit medicamentum, adiūcito acaciae rufæ, succi hypocystidos, fin  
 » gulum drachmam unam. Cum uero papauerum capita in aqua decoquis, croci  
 » drachmam unam in linteolum indito, & linito unā coqui. Sunt qui myrrhae dra-  
 » chimam unam adiūciant, & in lauorem ex modico passo redigant: coquunt autem  
 » usque dum aliquo modo inspissescat. Quod si medicatam ipsam uoles reddere,  
 » cum decocto capitum ubi ad tertias peruererit, mel incoquito, reliqua uero non  
 » coniungens.

## Diacodyon

## Diacodyon Damocratis.

Præparatum est hoc medicamentum à Themisone primo, ait Damocrates, scribens hunc in modum in libro cui titulum fecit, Damocratis Philiatri. Nouimus autem uersibus conscriptum esse. Cæterum dicit hoc medicamentum primum à Themisone præparatum fuisse ad tuffes humidas, arteriæ pharyngisq; labores. Bene facit ad species defluxionum uniuersim omnium quæ circa thoracem sunt, Item ad uigilias, quorum illæ sunt causæ.

Meconis, quod agricultores appellant  
Sylaticum papauer, neq; enim feritur,  
Capita uiridia adhuc, quæ uocant codyas,  
Rubens habentia semen, non adhuc nigrum,  
Ter quadraginta iustæ magnitudinis,  
Ollæ recenti latiç oris indito,  
Et pluuialis affulsi sextarijs  
Ternis aquæ, macera noctem atq; unum diem.  
Deinde ut igne leni multum coxeris,  
Aquam exprimito totam ex ipsis in fictile,  
Ternisq; mellis attici additis librís,  
Rursus coquito igne leniori, usq; attici  
Mellis non liquidí spissitudinem indicet.  
Refrigeratum uitreo uase reponito.

Nos sic quidem, uerum Themisone addidit,  
Exorsus uti, myrrham, atq; acaciam, crocum,  
Hypocystidos succum; sed nunc non inditur,  
Nam simplicior plus multo conducit, satisq;  
Est blanda. mystri mensura parua datur,  
In noctem aliquando, minus interim die.  
In ore continere paululum iube,  
Ut eliquescat; deinde hanc sensim deuoret.  
At si uoles ut aluum sistat fluidam,  
Fluxus in stomachum pulmonemq; sanguinis  
Eruptionem ex partibus septum supra  
Transuersum politis, eupatoricæ, aut ponticæ  
Quod satius est, rhus succi ceu drachmas duas,  
Tot acaciæ bonæ & nouæ denarios.  
At cum feres medicamen, addito  
Passo super haec duo medicamina iungito,  
In fictile paulatim feruentibus simul  
Inferuefacta; post frigida reponito.

## Diacodyon ut Soranus.

40 Soranus uero ipsum in hunc modum confici præcipit. Papauerum capita centum quinquaginta, cum aquæ sextarijs uiginti in lebetem nouum coniçito, coquitoq; ad dimidiás, deinde ubi extraxeris capita, mellis sextarium unum adiçito, & ubi in linteolo illigaueris, myrrhæ, croci, hypocystidos, acaciæ succi singulorū drachmam unam obolos tres, in lebetem suspendas, ut simul cum melle incoquatur; cum uero ad consistentiam peruerenter, ligaculum tollito, et in pilam demissa terito ex dulcis uini cyathis tribus, deinde in lebetem coniecta, molliter incoquas donec spissitudinem acceperint. Mitius enim est quod ex solo melle & diluto capi tis papauerum constat; efficacius efficitur, si in linteoli deligatura melilotum loco astringentium, & glycyrrhizæ radicem acceperit.

## Diacodyon Galeni.

Vt ego medicamentum diacodyon conficio, ita utendum censeo. Quippe experto mihi predicta medicamenta, praestantior esse compositio uidetur, in qua capita decem in sextarium unum coniunctur, quemadmodum Crito memorie prodidit: aut in sextarios duos capita quindecim, utpote Soranus fecit. In medio autem horum limitum sublistit confectione eorum qui octo vel nouem capita papaverum immittunt. Ceterum macero ea non per triduum, quemadmodum Heras: sed neque mox exempta coquo: uerum si humidiora mollioraque fuerint, ad diem unum, ita ut intelligatur in huiusmodi omnibus dictiōibus & nox, quemadmodum & homines annum, tercentum sexaginta quinq̄ dies habere dicunt. Quod si duriora, siccioraque exiūterint, diutius uno die ipsa macero: praestaret autem dura non accipere. Porro constat molliora reſcienda esse: sicciora enim modicum succi habent, humidiora uero multum quidem, sed crudū, præterea aquosum inualidumque: quare etiam quae ex humidis & paludinosis locis capiuntur, repudianda sunt. Quem autem numerū dixi capitum iniūcī oportere secundum proportionem aquæ de medijs intelligere conuenit: quædam enim grandiora sunt moderatis, quædam item inūora, quædam media, quemadmodum consueuit ut plurimum fieri. Omnia deinceps prædictum numerū sextario iniūcias. Finis concoctionis tibi sit, non tertiam aut quartam, aut omnino talem aliquam aquæ partem relinqui, sed cum pri-  
mum intabuerint: uolumus siquidem ipsorum succum exprimere: id quod abun-  
defiet, ubi omnino intabuerint: superfluum enim est amplius incoquere. Misen-  
dam autem huic censeo mellis attici mensuram dimidiā, incoquendumque medici-  
camen supra ignem sumi expertem, usque ad mellis attici consistentiam. Non  
nulli in aqua pluuiatili capitum concoctionem moliuntur, eo quod non in aliam  
qualitatem putridam permittetur. Tibi abunde sit & fontana, cum pluuialis de-  
sit: sufficit autem ipsam puram & synceram esse ab omni permixtione. Quapropter etiam quae per plumbeos canales deriuatur, fugienda est: feces enim ali-  
qua plumbi in ipsa resident. Vnde & qui sedimentum ipsius biberint, dysente-  
rii efficiuntur.

## De usu medicamenti diacodyon.

Vsus eius est in his qui somno indigent, quibus & subinde dare cogimur quae ex opio constant. Conveniunt autem potissimum huiusmodi medicamenta his, qui bus a capite in asperam arteriam facilis est defluxus, non permittens dormire, propter tuis subsequentes: in huiusmodi ego confectionem ex sapa moliri consueui. Dictum à me est antea, hepsema uocari mustum coctum, quod & à nonnullis me dicis suraum, à Latinis sapa appellatur. Ceterum satis huiusmodi coctas sunt, cum aqua ad dimidiā peruerterit, aut in uino dulci: satius autē est uino thareo cretensi, quam cum melle incoqui, quando fluxio admodum tenuis extiterit: constat enim mel extenuantis esse facultatis: fugere igitur ipsum tunc oportet, nam tenues deflu-  
xus intendit. Miscere autem huiusmodi medicamento conuenit dulcem radiculā: 40 huius penuria, succum eius qui ex Creta adseritur. Quod si copiosa ex capite in pul-  
monem fuerit defluxio, praestat medicamentum quod ex melle conficitur. Quem admodum enim his qui somno indigent, medicamentū quod ex sapa constat utile est, sic qui spuere desiderant, id quod ex melle præparatum est: itaque ei quod urget inſistens, si ægratus in somnum inciderit, uel id quod ex melle, uel quod absque co-  
paratur, dabitis medicamentum. Interim ambo misceo, huc dirigens consilium in  
mixtura, ut plus ex altero iniūciantur, eo quod urget postulatē. Voco uitgens, quod  
maiori auxilio opus habet. Ceterum mensura mediocris sit duorum cochleariorum iusta magnitudinis: augebis autem ipsum aut minores respiciens corporis  
magnitudinem cui adhibes, ætatem, tempus anni, & regionem: in omnibus enim  
his,

his, si quidem ad frigidius accedit, minus exhibebis: si uero ad calidius, plus. Quod etiam ad defluxionis quantitatem qualitatemque respiciens, aut plus, aut minus exhibebis, manifestum est omnibus: hoc enim in omnibus praefidijs est commune. Abunde igitur erant etiam superius comprehensa arteriacae. Verum mihi ab Asclepiade etiam proditas in secundo interiorum libro, adiuncte uisum est: nonnullae si quidem eadem omnino sunt, nonnullae predictas proxime accedunt, ut hinc quoque scripturae firmari possint; praeterea quod confectiones ipsarum, & usus, accuratius ab Asclepiade sunt prodita.

*Arteriacae quas Asclepiades tradidit in secundo interiorum, que Masonis inscribit.*

*Antonij Musæ ad uocis abscisionem.*

Brassicæ uiridis caules purgatos mandendos exhibeto, crassiorem ipsorum partem expuere adhortator, succum uero deglutire. *Alia.* Brassicæ succum cum melle coctum in linctu exhibeto: hoc protinus opitulatur. *Alia.* Eryngij in aqua cocti succi heminas duras, ficuum in aqua decoctarū succi tantundem: his adiuncto gummi laevissimi drachmas octo: coquito diligenter, ut arteriacæ habeat spissitudinem: ex hoc dato in linctu ijs qui somno se accommodant usq; ad cyathum unum.

*Alia arteriacæ Charixenæ: facit ad sonitus, raucedinem, uocem abscisam, & gravitatem: item*

*& ad abscessiones ex interualllo oborientes.*

Croci drachmæ durae, liquoris cyrenaicæ drachma una, mellis attici cyathi sex: coquito mel, & ubi constiterit adiuncto reliqua, utitorque ut prædictum est, fingens orbiculos, & dato ut sub lingua teneatur. *Alia.* Galbanij drachmæ sex, piperis drachma una, nitri tantundem, mellis attici cyathi sex: coquito mel & galbanum, & ubi crassitiem acceperint, reliqua adiuncti utitor, ut prædictum est.

*Alia Charixenæ ad arteriam exulceratam.*

Probè facit & declamatoribus ante certamen & post exhibita: ualeat & ad oculorum dolores exterius imposita lana madente; conducit etiam internis dispositiōnibus linctu exhibita. Gumimi, tragacanthæ, singulorum drachmæ sex, thuris, myrræ, singulorum drachma una oboli tres, croci, hypocystidos, singulū drachma una, passi scybelitis aut theræi sextarij sex: macerato gummi, tragacantham, myrrham, et thus hypocystidis succo: his passi partem adiuncti, cum dissoluta fuerint, diligenter tundito, & passo miscens coquito continuè circumagens: crocum autem in lebetem qui superiores ansas habeat proiecti, incoquito cum medicamento, excipiens utitor. *Alia.* Glycyrrhizæ succi, tragacanthæ, singulorum drachmæ tres, croci, myrræ, singulæ drachmæ, thuris, spicæ nardi, singulorum oboli tres, passi sextarij tres: utitor.

*Alia Lysij ad easdem dispositiones.*

Croci, myrræ, glycyrrhizæ succi, thuris, casiae, singulorum drachma una, piperris grana uigintiquatuor, passi cretici sextarij tres, mellis attici cyathi tres: utitor.

*Alia Charixenæ.*

40 Croci drachmæ tres, myrræ drach. una semis, thuris, glycyrrhizæ, singulorum drachma una, passi cretici sextarij tres. Bene facit ad sonitus, gutturis raucedinem, uocem abscisam, & tonsillarum inflammationem: probè confert & declamatoribus ante et post certamen exhibita: iuuat etiam perfrigeratos. Confert & ad tuſſes recentes inueteratasque, sanguinem spuentes, eos qui ægræ glutinosa reiiciunt, & cœliacos. Utilis est & ad spiritus grauem odorem.

*Alia, hypoglossis dicta.*

Facit ad arteriam exasperatam, & uocem abscisam, reliquasque dispositiones. Tragacanthæ, gummi thebaicæ, singulorum drachmæ tres, myrræ, thuris infecti, singulorum drachma una oboli tres, croci drachma una, dulcis radiculæ succi oboli tres, glandium palmulæ trium caro, musti recentis, aut uini theræi quātum sufficit ad ex-

» cipiendum: incoquito autem usq; dum mellis habeat spissitudinē: dato fabæ ægypti  
 » ptiacæ instar sub lingua cōtinendum: ubi dissoluta fuerint, deglutire iubeto. Alia  
 » hypoglossis Dioscoridis. Croci, myrrhæ, tragacanthæ, glycyrrhizæ succi, singu-  
 » lorum drachma una, nuclei pini combusti numero sexaginta, amygdalarū purga-  
 » tarum æquali numero: melle cocto excipito, datur nucis auellanæ instar, ut sub lin-  
 » gua contineatur. Alia Scribonij Lægi hypoglossis: confert ad uocem abscisam. Dul-  
 » cis radiculæ drachmæ octo, myrrhæ drachmæ uigintiquatuor, terebinthinae dra-  
 » chimæ trigintaduæ, tragacanthæ drachmæ triginta octo: singula sicca seorsim tun-  
 » dito, & cribello incernito: resinam in pilam coniçiens runcto, fingenis arida; ubi  
 » in unitatem coierint, in formulas digerito, quæ ægyptiæ fabæ magnitudinē æquent, 10  
 » & in umbra siccato: cum usus posset dato unam aut alteram sub lingua tenendā,  
 » & quod liquefcit deglutiendum. Oportet autem medicamentum celeriter effinge-  
 » re, siquidem confessim exiccati solet; quapropter in promptu terere conuenit me-  
 » dicamenta, cum in pastillos cogenes.

Alia aromaticæ mitridatiæ: facit ad arteriæ dispositiones, ad ulcera pulmonis, sanguinem ex-  
 » puenies, phthisicos, purulentos, & peripneumonicos.

Croci drachmæ duæ semis, myrrhæ, resinæ terebinthinae, singulorum drachmæ  
 » duæ, thuris sesquidrachma, nardi, cinamomi, casiae, tragacanthæ, singulorum dra-  
 » chimæ una, mellis attici hemina una; terebinthinam mellì incoquito, ut ualidum et  
 » fibrosum reddatur, manusq; non inquinans in aquam frigidam instillatum, & ari- 20  
 » dis superfundito, & ubi diligenter cōtuderis, excipito; ut tor nucis auellanæ instar,  
 » datoq; sub lingua tenendum, ut prædictum est.

Alia mitridatiæ.

Myrrhæ, croci, singulorum drachmæ quatuor, nardi indicæ, resinæ terebinthi-  
 » nae, singulorum drachmæ duæ, thuris, casiae, cinamomi, singulorum drachmæ una:  
 » passi cretici hemine tres: terebinthinam mellì incoquens usq; dum spissescat, aridis  
 » superfundito, excipiens dato nucis auellanæ instar sub lingua tenendum.

Alia diapterios, id est, ex filice Andromachi aromatice: confert expuentibus sanguinem,  
 » pleuriticis, phthisicis, spleneticis, hepaticis, ictericis. Facit

ad uterum & uesticam.

Radices filicis quamcrassissimæ eluuntur diligenter donec quod terrenū inest  
 » recedat, deinde refrigeratur per diem unum, secanturq; in digitalem longitudinē,  
 » & secundo confringimus: ex his capimus libras decem, et injicientes in uas fistile,  
 » adiçimus ipsis dulcis aquæ sextarios decem, igniq; superponentes incoquimus:  
 » ubi ad dimidiás peruererit, tollimus, & in duplex uas unguentarium transfun-  
 » dimus: radices uero exprimentes, abiçimus. Cæterum in aqua in coniçimus  
 » crassius contusa, balaustij drachmas sex, nardi indicæ, roscarum siccaturum, singulo-  
 » rum drachmas quatuor, cinamomi drachmas tres, glycyrrhizæ drachmas sex, ca-  
 » siæ drachmas quatuor, rheu pontici drachmas quatuor: deinde rursus igni im-  
 » pentes coquimus, & postquam ad dimidiás incocta fuerint, rursus in aliud uas un- 40  
 » guentarium paruum traçimus, siccata quidem expressa abiçimus: aquæ autem  
 » addimus mellis attici sextarios quatuor, & diligenter mixta igni superponimus,  
 » rursum incoquentes, atque ubi instillatum medicamentum in aquam frigidam,  
 » manus non coquinauerit, prædictis adiçimus resinæ terebinthinae drachmas  
 » tres, galbanij expertis ligni tantudem. His liquefactis subscripta immittimus:  
 » sunt autem hæc, croci, alterci succi, mandragoræ succi, piperis albi, hypocystidos  
 » succi, singulorum drachma una. Habeto hæc omnia lauia primo filicis succo in  
 » unitatem coacta, ut sordium habeant spissitudinem: percolata autem hæc & con-  
 » tusa diligenter in uas uitreum uel argenteum traçimus: datur medicamentū co-  
 » chlearis instar; potissimum autem facit ad eos qui uocis abscisionem experientur.

Alia

*Alia panacia mithridatios, declinatores ante certamen & postea utilis.*

Bene facit ad tonsillarum inflammationes, uoram relaxatam, gingiuas humenes, orisq; nomas & mobiles dentes. Confert etiam ad distillationes, tuffes diuturnas recentesq; item ad sanguinem spuentes, & eos qui glutinosa difficulter rejiciunt. Vt or autem medicamento interdum puro, interdum dissoluto passo aut uino scybelite, uel aqua calida; ad inflammations enim tonsillarum, & huiusmodi dispositiones, utendum medicamento diluto: ad alias uero dispositiones, mero. Cuius haec est confectio: Papaveris sylvestris capita numero centum quinquaginta, filicis elotae librae tres, consolidae purgatae, corticis mandragorae, rheu pontici, rosarum siccaram, iridis chalcidonicae, glycyrrhizae ponticae, balaustij, singulorum unciae tres, cinamomi drachmæ duæ, nardi gallicæ sesquidrachma, aquæ plus uialis sextarij quindecim: prædicta crassius inciduntur, & macerantur in duplice unguentario uase per dies tres: postridie incoquito ad tertias, deinde in pilam concipientes succum exprimemus in alterum unguentarium uas, cocta uero abiijcimus: expressi autem succi excipientes quantum conuenit, dissoluimus subscriptas confectiones. Sunt haec eiusmodi: Gummi, tragacanthæ albæ, singulorum libra una, myrrhae, succi glycyrrhizæ, hypocystidos succi, singulorū unciae duæ, croci, mastiches, singulorū uncia una. His dissolutis, laevigamus diligenter paulatim, adjicientes expressum succum: deinde utimur ad medicamenti confectionem uino scybelite, aut theræo, aut pramnio. Sin autem sextarij uigintiquatuor, & passum in uas fictile iniijcimus: ubi mellis habuerit spissitudinem, ea quæ dissoluta sunt, & contrita medicamenta adjicimus, rursumq; incoquimus usque ad consistentiam, deinde excipientes uase uitreo aut argenteo, utimur ut prædictum est.

*Alia ad distillationes, ad omnesq; tuffis affectus, Asclepiades in primo interiorum ita scriptum reliquit: Ad distillationes medicamen quo Comonophilus sophus usus est, iuuat statim.*

Pyrethri, costi, singulorum drachmæ duæ, piperis albi drachma una: trita incretaq; reponito, ubi usus exigit, naribus applicari iubeto medicamentum, ut attrahatur. *Alia.* Piperis albi drachma una, urticae seminis tantundem, costi, myrrhae, croci, singulorum oboli tres: præparato, & utitor ut prædictum est.

*Alia, dolorem statim sedans, Antonij Musæ. Bene facit ad distillationes, & uocis abscisionem.*

Opij, myrrhae, alterci seminis, singulorum drachmæ duæ: singula macerato cicutæ decocto, & ubi diligenter laevigaueris, miscuerisq; fingito catapotia erui magnitudine, & dato bina dormituro.

*Alia: confert sanguinem expuentibus.*

Alterci albi seminis drachmæ octo, nardi indicæ drachmæ sex, croci drachmæ quatuor, opij, amyli, anisi, singulorum drachmæ duæ, minij lemnij drachma una: ex aqua in formulas cogito, & fac catapotia erui magnitudine; utitor secundum prædictum modum.

*Alia que lingitur. Facit ad tuffes summas & inueteratas.*

Vini falerni sextarius unus, mellis attici libra una: coquito, continuè surculis rutæ circumagens, & dato mystrum. Bene facit & stomachicis.

*Alia Petini ad ulceræ profunda, & suppurationes.*

Mulsi ueteris sextarius unus, axungiae ueteris unciae duæ (nonnulli uero uncia una) tundito diligenter ex mulso, & ubi dissolueris, in fas fictile coniecta coquito supra carbones, rutæ surculis agitans. Vbi uero in crassitiem coierint, reponito uase uitreo, datoq; lingere mystrum in modum prædictum. *Alia Origenæ. Glycyrrhizæ ponticae drach. duæ, urtici seminis torrefacti, lini seminis torrefacti, singulorum drach. una, myrrhae, croci, singulorū obolus unus, mellis attici, aquæ, utriusq;*

» cyathi sex: glycyrrizam aquæ incoquito, deinde ubi succum expresseris, reliqua  
» terito, exceptaçp melle cocto, linctu exhibeto. *Alia.* Aristote drach. una, ammœos  
» torrefacti, nucleorum pini torrefactorum, erysimi torrefacti, singulorū drachma  
» una; melle cocto excipiuntur.

*Aliud Coptarium, tussientibus prodest.*

» Lini seminis torrefacti, combusti, cibratiçp, uræ purgatae acinis, singulorum  
» sextarius unus, nucleorum pini torrefactorum, nucum auellanarū purgatarum,  
» singulorum hemina una, piperis albi uncia duæ, myrrhæ, croci, singulorum uncia  
» una, mellis attici librae quatuor: contundito ut par est, ubi laevigaueris, reponito.  
» Linisemen mellis incoquito: ubi in spissitudinem coctum fuerit, adjicito reliquis,  
» ac mixta rursus contundito, dato nucis auellanæ instar.

*Aliud, probè facit ad affectus thoracis.*

» Farinæ fabaceæ quam lauissimæ torrefactæ hemina una, iridis illyricæ combu  
» stæ uncia tres, nucleorum pini torrefactorum uncia duæ, pulegij siccæ combusti ses  
» quid drachma, urticæ seminis drach. una, piperis uncia semis, mellis optimi sextarij  
» duo: coquito farinam cum melle usq; ad consistentiam; habeto etiam & lini semi  
» nis combusti, torrefacti cibratiçp heminam unam, & adjicito. *Aliud ad tusses &*

*In græco est*  
*των δύο μαστός,*  
*quod est spissatus.* » \* sanguinis excretionem, admodum bene expurgans. Hyssopij, pulegij, singuloru  
» uncia duæ, ireos, sinapi seminis, cardamomi, singulorum uncia una, anisi, piperis,  
» singulorum uncia una: tusa incretaçp mellis discocto excipito, datur cochlearij ma  
» gni instar. Per hyemem, & si febris non adsit, piperis uncias duras sumito, & anisi  
» loco malathrum, aut cum in uicem cardamomi, sinapis duplicatam portionem.

*Catapotium bechicum, ad recentes affectus, Panacia, medicamentum anodynō, id est, dolorem  
leniens, & somnum concilians: facit & sanguinem spuentibus.*

» Styracis drachmæ octo, opij, myrrhæ, singulorum drachmæ quatuor: passo di  
» soluta in pilulas conformato, datoçp erui magnitudine dormituris. In alijs scriptu  
» ris habetur, paria pondera.

*Aliud Platoni ascriptum, mox iuuat.*

» Styracis, myrrhæ, opij, galbani, singulorum partes æquales. Passo dissoluens,  
» fingito catapotia.

*Aliud medicamentum quod ad Bassum autorem refertur, probatum.*

» Iuuat statim, bene facit sanguinem spuentibus, & ijs qui glutinosa ægre rejci  
» unt, ac purulentis. Galbani, styracis, iridis illyricæ, piceæ corticis, singulorum dra  
» chmæ duæ, helenij, opij, singulorum drachma una: melle cocto excipito, datoçp in  
» star erui, ex mulsa cyathis tribus.

*Medicamentum diaprasion, hoc est, ex marrubio, Platonis.*

» Myrrhæ, styracis, opij, marrubij succi, galbani, croci, paria pondera: preparato  
» & utitor melle discocto excipiens.

*Catapotium anodynō probatū, ad diuturnos affectus, distillationes, capitis dolores, spirandi diffi  
culturam & peripneumoniam, item ad uesticæ & uteri dispositiones inscri  
ptum. Probata Panacia. Apud quosdam hac serie est.*

» Myrrhæ, piperis, opij, styracis, castorei, galbani, paria pondera: passo excipiens  
» in pilulas redigit, ac utitor.

*Aliud medicamen ualde bonum, quod Harmonia inscribitur: facit ad distillationes &  
insuperabiles ex capite defluxus.*

» Styracis, castorei, piperis, cardamomi, singulorum drachmæ tres, opij, myrrhæ,  
» alterci albi seminis, singulorum drachmæ quatuor: passo excipiens fingito catapo  
» tia fabæ ægyptiacæ magnitudinis, in noctem exhibeto. *Aliud.* Croci, sulphuris  
» ignem non experti, myrrhæ, opij, singulorum drachmæ quatuor, alterci albi semi  
» nis, cardamomi, piperis albi, singulorū drachmæ octo, mellis cocti uncia quinq;  
aut

aut quantum sat is est; utendum est, ut antea exposui, in noctem.

Proxeni ad tuſſes inueteratas, & nimis diuinas diſpoſitiones humidas, Symphonis diſta.

Eſt & febrium efficax remedium, quo uſus eſt Antonius Muſa.

Piperis albi, opij, cardamomi, singulorum drachmæ octo, croci, sulphuris igne „  
non experti, myrrhæ, alterci albi seminis, singulorum drachmæ quatuor, mellis co „  
cti uncia sex: datur iuſtar nucis auellanæ, cum mulsæ cyathis tribus. „

Confectiones ad tuſſim ab Andromacho conſcriptæ in libro interiorum facultatum.

Cum Andromachus multas bechicas cōfectiones tradidiffet, deinceps omnes  
quaē torporem conciliant, aſſcripſit, ac inde ēwōnū dicte ſunt, quod ſomnum in-  
ducant: hæ tenues humorum fluxus incrassare ſolent, ſiccare, & refrigerare. Qua-  
propter nonnullæ ex hiſ non ſolum opium recipiunt, uerum etiā & mandragoræ  
ſuccum, & radicis eius corticem, uel alterci ſemen: quædam uero duo uel tria aut  
omnia haec continent, quemadmodum & alia ſtyracem, & crocum. Bona igitur  
ratione hiſ admifuerunt reliqua, alia quidem calefacientia, alia uero cum modica  
aſtrictione odorifera ſiccantiaq;. Item & quædam conſueta ſemina, nempe anisi,  
petroſelini, apij, dauci, & ſeſeleos, que medicamentorum iuſtificationem, & uires ob-  
tundunt, uirinamq; prouocant: quædam uero & asperitates laevigant, qualia ſunt,  
tragacantha, glycyrrhiza, & dulcia uina. Quæcunq; igitur horum minus recipiunt  
medicamentorum ſoporem conciliantium, has etiam phthiſicis exhibemus.

Bechica ad tuſſim diapipereon.

Cinamomi drachma una, liquoris papaueris tantundem, myrrhæ, piperis nigri, „  
castorei, piperis albi, galbani, singulorum oboli tres, croci eius dimidium, formato „  
paſtillos, datoq; ex melle aut paſſo. „

Alia ad tuſſim eximiè efficax, eadem ipſa & febrem finit.

Alterci ſeminis uncia ſemis (in alio exemplari, uncia una) cardamomi, liquoris „  
papaueris, singulorum uncia una, myrrhæ, sulphuris ignem non experti, croci, ſin „  
gulorum uncia ſemis, piperis albi, ut Heras, uncia una ſemis, mellis attici quod „  
fatis eſt. „

Alia ad tuſſim ſiccām.

Styracis pars una, papaueris tantundem, croci dimidia pars; ubi ſimul contude „  
ris, dato catapotia. „

Compositio ad tuſſim Iereos, efficax, quo utor.

Liquoris papaueris drachmæ decem, lactucæ ſeminis drachmæ uiginti, castorei „  
drachmæ octodecim (quidam uero ſedecim ponunt) rutæ domésticæ ſiccæ drach. „  
quatuordecim, croci drachmæ ſeptem (quidam unciam unam ſtatuum) melle ex- „  
cipiuntur: datur pro uirium ratione ægyptiæ fabæ iuſtar, febricitantibus ex aqua, „  
ijs qui febre carent, ex uino in noctem. „

Catapotium ad tuſſim, quo utor.

Styracis, myrrhæ, opij, singulorum drachmæ quatuor, opobalsami, croci, ſingu- „  
lorum drachmæ duæ: limul laevigans excipito, & utitor. „

Conſefcio ad tuſſim ſiccām.

Dulcis radiculæ ſucci drachmæ duæ, ſtyracis drachma una, opij, croci, myrrhæ, „  
singulorum oboli tres: excipito dulci aqua nucis græcanicæ magnitudine, utitor. „

Phthiſicis accommodata potio, qua utor, ex Ripali ſcriptis in multis utilis, Menodo-  
rios, ambroſia: item ad febrium circuitus,

Nardi, croci, myrrhæ, costi, caſiae, cinamomi, iunci odorati, piperis nigri & albi, „  
castorei, galbani, resinæ terebinthinae, ſtyracis, liquoris papaueris, alterci ſeminis, „  
singuloruſ drach. una, tragacanthæ drach. ſex, mellis quod fatis eſt, uini falerni he- „  
mina una: tragacanthum uino ut conuenit macerato, & reliquæ melli miſceto. Da „  
tur febricitantibus ex mulsæ ſequidrachma, ijs qui febre carēt ex mellis uncia ſemis, „

» aut acetī cochleario uno, item uini falernī cyathis duobus.

Apollonij medicamentum efficax ad multa, præsertim tussifumme facit.

» Cardamomi drachmæ octodecim, myrrhæ drachmæ duodecim, alterci tantum  
» dem, opij drachmæ decem (nonnulli uero duodecim) petroselini seminis drachmæ  
» duodecim, croci drachmæ quindecim, malorum mandragoræ drachmæ decem,  
» gíngiberis drachmæ octo, sulphuris ignem non experti drachmæ sex, ari, thuris,  
» costi, piperis albi, singulorum drachmæ sex, mellis attici quod satis est.

Aliud medicamentum ad interiores abscessus, probè purgans.

» Sagapeni, myrrhæ, singulorum drachmæ duæ, cardamomi drachmæ quatuor  
» (in alijs drachma una) castorei drachma una, piperis albi oboli tres, opij drachmæ  
» duæ: ex aqua formato pastillos, singulos pendentes obulos duos; dantur ex aqua,

Isotheos ad tussim, & phthisim, omnesq; interiores dispositiones. Bene facit

& ad febrium circuitus.

» Nardi drachmæ duæ, myrrhæ drachma una, croci drachma una semis, costi dra-  
» chma una, piperis albi drachma una, opobalsami fecis drachmæ duæ, cinamomi  
» drachmæ duæ, mandragoræ succi drachmæ duæ, castorei drachmæ duæ, dauci semi-  
» nis sesquidrachma, opij drachmæ duæ, amomi sesquidrachma, caliae nigrae sesqui-  
» drachma: mel coctum additur. Facit ad labores stomachi, iecinoris, pulmonis, &  
» oculorum; item ad sanguinis eductiones, abscessus, dysentericos, iliosos, nephriti-  
» cos, ischiadicos, egrè spirantes, urinæ difficultatem, laterum dolores, precordiorum,  
» fluorem muliebrem, iictus: mirabile siquidem antidotū ad letalia, tum à cibo, tum  
» ante cibum: necnon ad omnem sanguinis eruptionē, cum frigida ad uiperæ mor-  
» fus, et phalangiorum percussus ex uini cyathis tribus; quartanis hora ante accessio-  
» nem exhibeto obolos duos, cum ternis uini cyathis, ubi prius se lauerint.

Potio ad tusses & spirandi difficultatem: item alia multa Antipatri, quo utor.

» Styracis drachmæ sex, resinæ terebinthinæ drachmæ quatuor, opopanaxis dra-  
» chmæ duæ, galbanii drachmæ duæ, iridis illyricæ, myrrhæ, singulorum tantundem,  
» alterci seminis albi oboli tres, aphronitri, piperis albi, singulorum oboli quatuor,  
» opij oboli quinq; Dato quod ægyptiæ fabæ magnitudinē æquet, dormituro; non  
» nulli opij ponunt drachmam, alijs obolos tres.

Confectio ad tussim, que linctui exhibetur.

» Nucleorum pinii drachmæ duodecim, lini seminis torrefacti drachmæ octo, tra-  
» gacanthæ drachmæ duodecim, carnis daçtylorum drachmæ octodecim, iridis illy-  
» ricæ drachmæ duodecim, amygdalarum dulcium drachmæ sedecim: mel coctum  
» digito dato lambendum per dies duos, manè & coenato: in quibusdam tragacan-  
» thum aqua pluiali dissoluens, coquito cum melle primum.

Catapotium bechicum ut Crispus Apoleutheros.

» Myrrhæ, piperis, galbanii, castorei, styracis, croci, opij, singulorum partes æqua-  
» les, styracis dimidium; dato in noctem bina catapotia.

Medicamentum ad tussim Scribonij Largi,

» Apij seminis drachmæ duæ, iunci odorati floris drachma una, nardi gallicæ dra-  
» chma una, styracis drachma una, croci tantundem, balauſtij oboli tres, liquoris pa-  
» paueris drachmæ quatuor, mellis quod satis est; dato cyathi mensura, ijs qui febri-  
» carent ex mulsa, febricitantibus ex aqua.

Confectio ad tussim Asclepiadi.

» Rhei pontici, croci cilicij, liquoris papaueris, spicæ nardi, thuris, myrrhæ, singu-  
» lorum drachma una, nardi gallicæ radicis unciae duæ, styracis unciae sex; datur cum  
» mulso drachma una.

Theſpiani Apollonij ad interiores abscessus.

» Apij seminis drachmæ tres, papaueris drachmæ tres, melanthij drach, tres, iridis  
illyricæ

illyricæ drachmæ septem, castorei drachmæ duæ, dauci seminis drachmæ septem, " "  
sinopidis drachmæ septem: excipito melle attico cocto, dato quod nucis auella- " "  
næ magnitudinem habeat, ex aqua. " "

Catapotium exiccans: facit ad distillationes in thoracem, molaris dentis dolorem,  
febrium circuitus, & scorpionum iactus.

Liquoris papaueris, alterci seminis, singulorū paria pondera. Formato ex passo " "  
aut melle fabæ græcanicæ magnitudine pilulas: dato in noctem: somnū adiuuat. " "

Lexopyretos, quod est, febrim finiens, Pamphili medicaminum infitoris bona.

Alterci seminis uncia una, cardamomi exenterati uncia una, liquoris papauer- " "  
ris tantundem, sulphuris uiui uncia semis, croci uncia semis, myrrhæ tantundem, " "  
euphorbij drachmæ duæ, costi drachmæ tres, iridis illyricæ drachmæ tres, piperis " "  
albi drachmæ quatuor semis, mellis quod satis est; utitor. " "

Medicamentum bechicum accommodum, tum ad alia multa, tum ad humidam  
tussim, quod deuorari possit.

Aluminis scissi drachmæ sex, opij drachmæ quatuor, galbani drachmæ sex, sty- " "  
racis drachmæ quatuor: datur ciceris magnitudine dormituro. " "

Lexopyretos Darij. Hoc etiam antidoto usus est ad omnia, tonsillas, tusses, & anginas.

Croci uncia una, piperis unciæ quinqꝫ, myrrhæ uncia una, papaueris uncia una, " "  
thuris tantundem, alterci seminis uncia una, cardamomi uncia una, costi drachmæ " "  
quatuor, iridis illyricæ drach. tres, aristolochiæ drach. duæ: melle attico excipiunt. " "

Ad omnem tussim, comprobatum.

Anisi drachma una, costi oboli tres, myrrhæ drachma una, castorei drachma " "  
una, galbani drach. una, piperis albidi drach. una, alterci seminis drachma una, opij " "  
tantundem, glycyrrhizæ succi drachma una: passo excipito formans catapotia " "  
qua ciceris magnitudinem habeant: dato in noctem. " "

Catapotium concoquens Perigenis, ad tussim & distillationes.

Styracis oboli duo, piperis grana uiginti, myrrhæ drachmæ duæ semis, alterci se- " "  
minis oboli quatuor, euphorbij drachmæ duæ, iridis illyricæ drachmæ duæ, ope- " "  
panacis drachmæ duæ, croci oboli tres, opij oboli tres, resinæ terebinthinæ drach. " "  
una, piperis albidi oboli tres, galbani drachmæ duæ: laevigata excipito galbano, resi- " "  
na, opio, & styraci; dato prout uires sunt. " "

Apollonij confectio ad tussim, admodum bona.

Foliorum malabathri drachmæ octo, croci drachmæ sex, opobalsami drachma " "  
una, spicæ nardi drachma una, rosarum siccaram tantundem, iunci odorati floris " "  
drachma una, costi drach. tres, casiae drachmæ tres, styracis drachmæ tres, myrrhæ " "  
drachmæ tres, meu tantundem, uiræ acinis exemptis drachmæ sedecim, mandra- " "  
goræ succi drachmæ sex, mellis quod satis est. Vuam per noctem & diem macera- " "  
to in passo cretico, deinde ubi arida commiscueris, laevigato & mel misceto, repo- " "  
nensq; utitor.

Potio bechica ex scriptis Apollonij, facit ad fluxus muliebres.

Alterci seminis drachmæ tres, myrrhæ drachmæ tres, croci drachmæ tres, corti- " "  
cis mandragoræ drachmæ tres, thuris drachmæ tres, piperis albi & nigri, singulo- " "  
rum drachmæ quatuor, uiticis drachmæ tres, opij totidem, mellis & uini chij quod " "  
satis est; datur ad fabæ magnitudinem.

Ad tussim, & incipientem phthisim, sanguinem fuentes, & distillationes.

Alterci seminis drachmæ quatuor, mandragoræ nigræ radicis drachmæ qua- " "  
tuor, rheu drachmæ tres, corallij drachmæ tres, opij drachmæ tres, lycij drachmæ " "  
duæ, balaustij drachmæ tres, thuris drachmæ quinqꝫ, tragacanthæ drachmæ duæ, " "  
croci drachmæ tres: aqua excipito ternos obolos; dato sanguinem expuentibus ex " "  
posca, reliquis uero ex aqua.

Potio Paracletij Ab ascanti ad phthisi obnoxios, qua utor abunde: cæterum ad sanguinis eductionem inidonea est.

Aristolochiae dactylidis drachmæ uiginti, sulphuris uiui drachmæ uiginti, corticis mandragoræ drachmæ uiginti, thuris drachmæ quadraginta, gentianæ drachmæ quatuor, secaleos drachmæ triginta, opij drachmæ quadraginta, alterci albi seminis drachmæ quadraginta, myrræ drachmæ quadraginta, croci drach. octo, piperis albi grana centum, euphorbij drachmæ decem, baccarum lauri drachmæ septem & semis, costi tantundem, cardamomi drachmæ septem. Tusa ex uino euphorbium, & myrrham, opium ex mulso, altercum & reliqua per se misceto una melli cocto. Utitor non recenti medicamento. Pulchrè adjicit Andromachus in hoc medicamento, quod ad sanguinis eductionem sit inidoneum, propter sulphur uiuum, & euphorbium, partim & baccas lauri.

Catapotium ad tussim, statim iuuans.

Iridis oboli tres, croci cilicij sesquiobolus, myrræ oboli duo, cinamomi oboli tres, casiae tantundem, alterci albi seminis oboli duo, papaueris nigri seminis oboli duo, cicutæ seminis totidem; excipito pastillos ex passo, singulos obolum, aut dimidium pendentes, ac dato in heminæ passi quartario.

Ad omnem tussim, & distillationem, & abscessus interiores, ut Apollonius.

Sagapeni, gentianæ, myrræ, opopanax, piperis albi, singulorum drachmæ duæ, baccarum lauri purgatarum drachmæ quatuor; lauia excipito; dato ex aqua quod græcanicæ fabæ magnitudinē adæquet, ijs qui coxarum doloribus infestantur paulò amplius, in ternis uini diluti cyathis.

Ad phthisicos, quam consecutus sum à Fabiano cretensi.

Hypocystidos succi, myrræ, singulorū drachmæ octo, castorei drachmæ sex, thuris drachmæ octo, rhiz succi drachmæ octo, sagapeni drachmæ sex, liquoris paoueris drachmæ octo, anisi drachmæ nouem, apij seminis drachmæ octo, marrubij drachma una, corticis mandragoræ drachmæ decem, piperis nigri drach. octo, piperis albi drachmæ quinque semis, uerbenacæ supinæ drachma una; mel contum adjicitur.

Catapotium album ut Prytanis, & Apollo.

Myrræ, alterci seminis albi, opij, styracis, singulorū par modus; formato quantum quis deuorare poterit; excipito uua, aut passo, aut palma.

Catapotium bechicum ex scriptis Perigenis.

Alterci seminis, castorei, myrræ, styracis, opij, singulorum paria pondera; dato fabæ in istar, cum passo aut mulsa.

Catapota ad humidam tussim ex scriptis Perigenis.

Styracis, galbani, guttae ammoniacæ, castorei, opij, singulorum par pondus; in formulas cogito erui magnitudinis, ac dato binas.

De sanguinis eductione.

Sanguinis eductionis, primum quidem periculum est, ne is immodeice euacetur; postquam uero fuerit repressus, curatio est, si quidem adapertis vasorum commercijs eruperit, ut id quod laxatum est, claudatur; sin autem rupta uasa fuerint, ut conglutinentur, sicut etiam si exesa, ut reficiantur. Itaque quod adapertum est astrigentibus contrahitur; quod ruptum, conglutinatur, tum his ipsis, tum ijs quæ ex mistura ipsorum componuntur, siccantibus citra rosinem, & glutinatoria uiræ præditis, qualia lemnium sigillum, & terra samia existunt. Cæterū exesa reficitur cibis boni succi, & medicamentis carnem generantibus, quorum facultas secundo huius operis commentario exposita est. Prima igitur ratione, ex talibus componuntur medicamenta, quæ ad eruptionis sanguinis curationem conueniunt. Altera in ijs qui ex pulmone, aut thorace, aut arteria, aut saucibus sanguinem edificantur.

cunt, calida & partium subtilium, quæ commemoratis tribus dispositionibus, ad apertioni, rupturæ, exesioni, maxime aduersantur, predictis debita mensura admittentur. Cuius igitur gratia adiunguntur: nimirum ut ea in corpus deducant. Etenim astringentia & viscosa, suras ipsorum vias dum præcludunt, viam quæ eis vias preparat, requirunt. At cum uel ex stomachi, uel ex ventris regionibus, aut aliquo intestino sanguis educitur, talium misture medicaminum usus non est. His rursus contrarium maxime est medicamentorum genus, quæ adeò refrigerat, ut affectui soporem concilient. Ea quoq; miscentur ijs, quæ cruentis sputis congruit, somnum torpidum inducentia. Ut illos redduntur tussi perturbatis, dum frigiditate sanguinem ad vias affectum decurrentem sistunt. Hi sanè scopi sunt compositionis: copia uero materiæ medicamentorum, quæ iam satis experimeti dederunt, à maioribus nostris, qui medicamentoriarum artis parti incubuerunt, deinceps exponetur.

*Quæ ab Andromacho conscripta sunt medicamenta ad sanguinis educationem.*

*Primum medicamentum inter ea tradidit hoc pacto.*

Ad sanguinis educationem, quo ego usus sum. Acaciæ drachmæ quatuor, rosa-  
rum sicciorum drachmæ octo, balaustij totidem, gummi drachmæ duæ, tragacan-  
thæ drachma una: ex aqua in pastillos cogito, qui singuli drachmam pendeant;   
dato ex aqua pluiali.

*Aliud Apollonij.*

Alterci seminis drachmæ octo, opij drachmæ quatuor, thuris drach. octo, terræ  
samiæ drachmæ quatuor, amyli drachmæ duæ, terræ lemnæ drachmæ duæ, huius  
penuria sinopidis drachmæ tres, corallij drachmæ quatuor, costi tantundem, bala-  
stij floris oboli tres (alijs drachmas duas ponunt) polygoni succo excipito, pastillos  
formans triobolares: exhibeto ex frigida: nonnulli cicutæ seminis drachmas  
duas adjiciunt.

*Aliud quo utor.*

Cytinorum drachmæ sex, spinæ ægyptiacæ drachmæ sex, liquoris papaveris dra-  
chmæ quatuor, hypocystidos drachmæ sex, balaustij drachmæ sex, acaciæ drach.  
sex, lycij indicij drachmæ quatuor, myrrhæ drachmæ duæ: excipito myrtorum de-  
cocto singulorum drachmam: propinato idem decoctum.

*Aliud Moftasis.*

Croci cilicij, myrrhæ, iridis, nardi indicæ, thuris, acaciæ, singulorum uncia una,  
liquoris papaveris, costi, piperis, singulorum uncia semis, rosarum sicciorum unciaæ  
quatuor: mel additur; datur quod fabæ ægyptiacæ magnitudinem æquet.

Aliud quod defluxiones sistit. Bene facit ad interiores defluxiones tonsillarum, uiae, arterieq; exulta-  
rate, si ex eo gargarizetur: item & sanguinis uehementem fluxum sistit ex aqua: reliquis uero ex posca  
nucis aquellane magnitudine datur. Confert & ad eos qui sanguinem per urinam excernunt, ad muliebres  
fluxiones, tum potum, tum extrinsecus appositum.

Myrrhæ, nardi indicæ, cinamomi, thuris, singulorum uncia una, croci uncia se-  
mis, piperis drachmæ quatuor, acaciæ succi tantundem, costi, styracis, singulorum  
drachmæ quatuor, iridis illyricæ, rosarum sicciorum, singulorum unciaæ duæ: excipi-  
to melle cocto.

*Aliud quod sanguinem sistit ex scriptis Galli: probè facit ad sanguinis educationem.*

Croci, myrrhæ, iridis, nardi syriacæ, casiae nigrae, rheu pontici, singulorum dra-  
chma una, styracis, piperis albi, singulorum uncia semis, rosarum sicciorum unciaæ  
quinque: laevigatis adhibens mellis attici quod satis est, dato quod nucis aquellane  
magnitudinem æquet, ex cyathis tribus.

*Aliud ad sanguinem spuentes ex scriptis Apollonij.*

Hypocystidos succi drachmæ duodecim, balaustij, acaciæ, cytinorum, gallæ,

» singulorum drachmæ duodecim, liquoris papaueris drachmæ sex, croci drachmæ sex; finge pastillos triobolares.

Aliud, facit sanguinis sputum.

» Liquoris papaueris oboli duo, amyli oboli tres; dato ex aqua.

Aliud ad sanguinis eductionem, & omnem sanguinis eruptionem, ex aqua potum.

» Liquoris papaueris drachma una, cinamomi drachma una, castorei tantundem, costi, piperis longi rotundiç, myrræ, singulorum oboli tres, croci obolus unus semis, corallij oboli duo, balaustij drachmæ duæ, anisi drachma una, gummi tantundem; soluta in pastillos cogito, & utitor.

Aliud ad sanguinis eductionem.

» Minij sinopici drachmæ quatuor, thuris drachmæ octo, anisi drachma una, cuci tæ seminis drachmæ quatuor, liquoris papaueris, lapidis haematitis, singulorum drachmæ quatuor, alterci seminis drachmæ octo, terræ famiæ drach. tres : ex aqua iejuno dato medicamentum. Aliud. Hypocystidis drachma una, opij oboli tres, balaustij, acaciæ, singulorum drachma una; dantur ex aqua.

Alia ad sanguinis eductionem, ut Herophilus.

» Consolidæ radicis unciae tres, terræ famiæ unciae una, thuris unciae duæ, balaustij unciae una, hypocystidos succi unciae una, croci oboli tres, myrræ drachmæ duæ, opij drachma una, minij lemnij unciae tres oboli tres, gummi drachma una; excipito to succo polygoni aut plantaginis.

Aliud ad sanguinem expuentes Agathi Cathegeti.

» Balaustij drachmæ duæ, acaciæ drachmæ duæ, tragacanthæ drachmæ quatuor, hypocystidos succi drachmæ quatuor, rosarum floris drachmæ quatuor, opij drachmæ duæ, thuris drachmæ tres, myrræ drachmæ duæ, alterci seminis oboli tres; excipito polygoni succo.

Aliud ad sanguinis eductionem, ut Acacius.

» Terre famiæ, corallij, singulorum drachmæ quatuor, minij sinopici drach. duæ, balaustij oboli tres, opij drachmæ quatuor, amyli drachmæ duodecim, thuris drachmæ octo, alterci seminis drachmæ octo : polygoni succo excipito, pastillos formans, qui obolos tres pendeant; dato ex posca, si defluxio multa fuerit, cum luteo, oui tosti, & plantaginis succo.

Aliud, facit sanguinem spuentibus & dysentericis.

» Rosarum floris, opij, acaciæ, gummi, balaustij, hypocystidis, singulorum unciae tres, gallæ unciae duæ, plantaginis seminis succiç, singulorum unciae duæ, licij indicij, rosarum succi, singulorum unciae una : excipito, pastillos formans, singulos pendentes drachmam unam: quidam & omphacij unciam semis adjiciunt. Hoc & per anum inditur dysentericis.

Aliud ad cruenta sputa Carteri, ualidius.

» Cicutæ seminis drachmæ duæ, alterci seminis drachma una, amyli drach. una, nardi oboli tres, minij lemnij oboli tres (nonnulli quatuor ponunt) anisi quaterni oboli (alijs tres obolos malunt) croci oboli tres; dato cum oui tosti luteo, cum aqua lactariæ cyathis tribus. Bene facit & ad distillationes.

Aliud ad cruenta sputa, Magni Philadelphi.

» Corallij oboli duo, stellæ famiæ quaterni oboli, polygoni succi cyathi quinq; dato totum bina potionem.

De usu prædictorum Andromachi medicamentorum.

Iam sanè cōstabat ex his quæ initio sermonis de cruentis sputis tradidit, quis prædictorum medicamentorum usus esset. Verum perspicuitatis gratia, summam reperam. Atq; nunc primū omniū prædictorū, ex acacia, rosis liccis, balaustio, gummi, & tragacanthe compositum est. Liquet igitur acaciam, rosas, et balaustiū, uim habere

habere astrictriam: gummi uero & tragacantham, uiscosam glutinosamq; fieri ergo nō potest, ut ipsum per se ad thoracē & pulmonē emergat, nihil habēs quod astringentia & uiscosa deducat. Praeterea neq; mellis quicq; omnino adiecit autor medicamenti, sed ex aqua pluuiiali præparat, quæ & ipsa astrictriam quandam uim obtinet. Compositio eius & mensura est, ut ad sanguinis eductiones ex stomacho, & uentre accōmodetur: si fieri potest, ut etiam ex ieiuno intestino aliquid per nauseam educatur, hoc quoq; utile futurū est. Contrā aut quā superius medicamentum, quintū ordine scriptū, & nonum, compositionē habet, quod admixtū 10 ipsis sit cinamomū, piper, costum, & myrrha: reliqua omnia medio ordine sese habent, neq; exacte astringētibus in cōpositione, neq; ualidē calefaciētibus usa. Opī uero, altercū, & cicutæ semen, maxime in īs prosunt qui tussi conquatuntur, aut distillatione infestantur, uel alio modo sunt idonea: omnibus item qui sanguinem quoquis modo excreant. Quapropter licet ea miscere illis, tum quæ sanguinem ex instrumentis nutritorijs, tum quæ ex spiritualibus educunt.

*Quæ Asclepiades prodiderit ad eos qui sanguinem spuunt, ita habent ad uerbum.*

Ad sanguinis eductionē. Consolidæ radicis unciae sex, balaustij drachmæ duæ, uel drachma una, aquæ sextarius unus: coquito ad tertias, expressoq; succo adiici 20 to amyli drachmā, gummi thebaici par pondus, datoq; potui. Aliud. Cucumeris domestici libra una: minutū incides, & aquæ potabilis adiiciens sextariū unum, coquito ad tertias: ubi succum expresseris, inspergito huic terræ famiæ sesquidrachmam, exhibeto in potum.

*Charixenis medicamentum idoneum.*

Polygoni radicis manipulus, consolidæ radicis tantundem, rhus rubri acetabulum, aquæ sextarij tres: incoquito usq; ad tertias, succo expresso dato cyathum, & gummi lœuissimi drachmam unam.

*Arrabiani, Ponticum inscribitur.*

Arci uuæ libræ sedecim, aquæ pluuiialis sextarij sedecim: coquito ad tertias, suc coq; expresso reponito. Aliud. Mororum rubentium nondum maturorum libræ sedecim, aquæ pluuiialis sextarij sedecim: coquito ad tertias, & succum exprimens reponito. Aliud. Cornorum fructus libræ sedecim, aquæ pluuiialistantur dem: facit similiter. Aliud. Palmulæ glandium thebaicarum libræ sedecim, aquæ pluuiialis sextarij sedecim: coquito ad tertias, succū expressum adiūcito cōtulisi: ubi omnia miscueris, incoquito ad tertias, & in uase fictili reponito: ex hoc dato cyathum unum ante cibum. Medicamentum hoc ualde bonum est; reciduam prohibet. Oportet sanè unumquodq; suo tempore præparare, & ad medicamenti compositionem reponere.

*De arcii uua.*

Quæ dicitur arcii uua, in Ponto nascitur, planta est humili, & fruticosa; folia habet similia memacyclo, fructum rubrum producit, & rotundum, gustu austерum, hanc uocant arcii uam.

*Catapoton, id est, medicamentum quod deuorari potest, sanguinem spuentibus utile.*

Corticis thuris, terræ famiæ, amyli, singulorum drach. quatuor; contrita cribataq; reponito: in usu dato cochlear unū ex aquæ frigidæ cyatho. Aliud. Balaustij, terra famiæ, corticis thuris, gummi, singulorum partes æquales: cōtrita cribrataq; dato in modum prædictum.

*Ad sanguinis eductionem Amaranti medicamentum, quod linctu exhibetur, idoneum.*

Vini falerni sextarius unus, mellis attici libra una: cōiecta in uas fictile, contun duntur, & prunis superposita incoquuntur. Vbi uero arteriacæ spissitudinē accepit, remouēs ab igne, finito refrigerari, & huic cōtusa cribrataq; adiūcito, gummi cochlearia quatuor, balaustij, thuris, terræ famiæ, singulorū drach. duas, rursusq; igni superimponito, calefacta reponito; dato similiter in modum prædictum.

Alia Origenie.

» Gentianæ succi, consolidæ succi, balaustij, singulorū drachmæ octo, croci, myrræ, glycyrrizæ succi, singulorum drachmæ quatuor, passi uel theræ, uel scybelitis sextarij sex; præparato datoq; ut ostensum est.

Catapotia anodyna, id est, dolorem lenientia, ad sanguinis eductionem,

quibus usus est Charixenes.

» Hypocystidos succi, balaustij, opij, singulorum drachmæ quatuor: excipito unno myrteo, formatoq; catapotia, & dato in magnitudinem trium obolorum. In quibusdam scripturis habetur, opij drach. duæ. Aliud. Hypocystidos succi, acacia succi, rhus syriaci succi, singulorum drachmæ quatuor, balaustij, opij, gummi, singulorum drachmæ quatuor: uini myrtei quod satis est; usus ostensus est.

Pastillus ad spuma cruenta: medicamentum probatum, inscribitur Trypherum.

» Amyli, balaustij, terræ famiæ, hypocystidos succi, gummi, croci, opij, singulorū drachmæ duæ: succo plantaginis dato singulas drachmas, liquor dispositioni idoneus est. Aliud. Amyli, terræ famiæ, hypocystidos, singulorū drachmæ duæ, opij, croci, balaustij, tragacanthæ, singulorum drach. una; succo plantaginis excipiuntur. Pastillus dia elecru. Bene facit ad spuma cruenta, tusses inueteratas & recentes, phthisicos, ad eos qui difficulter glutinosa reiœunt, purulentos, cœliacos, dysentericos, flatibusq; distentos; confert etiam morbis auricularibus.

» Psyllij puri drach. quadraginta quinque, iridis illyricæ, mastiches, electri ramenti, croci, singulorum drachmæ triginta, opij drachmæ quindecim: psyllium in aquam calidam coiectum, sinito macerari, ubi uero uiscosa glutinosa facta euaserit aqua, ex primito liquorem: ex hoc præparato medicamentum, pastillos conficiens, datoq; obolos tres dormituro: sint autem aquæ sextarij tres. In quibusdam exemplaribus habetur, macerato psyllium per tres dies, deinde coquito donec ter ebullierit, postea ab igne moueto, rursusq; per tres dies sinito, atq; tunc liquor ad medicamentum confectionem separatur.

Pastillus Neapolite. Confert ad spuma cruenta, purulentos, phthisicos, dispositionesq; rheumaticas.

» Alterci albi seminis, succi mandragoræ, singulorū drachmæ quinque, thuris sculi, opij hispani, styracis, coaguli hinni, singulorū drachmæ decem, mastiches drachmæ uiginti, ramenti electri, iridis illyricæ, croci, singulorū drach. triginta, psyllij drach. quadraginta quinque, aquæ sextarij tres: præparato & utitor, ut ostensum est.

Dia coralliu, ut Niceratus.

» Corallij, terræ famiæ, singulorum drachmæ octo, balaustij, amyli, terræ lemnæ, singulorum drachmæ quatuor, alterci albi seminis, opij, hypocystidos, singulorum drachmæ duæ: excipito plantaginis succo, pastillos formans, datoq;

Dioctei Chalcidonei.

» Corallij drachmæ octo, succi hypocystidos, balaustij, acaciæ succi, rheu pontici, terræ famiæ, opij, thuris, consolidæ succi, singulorum drachmæ duæ: excipiuntur succo plantaginis.

Aphrodisiacum Cledonium, medicamentum probatum: probè facit ad spuma cruenta, cœliacos, dysentericos, & ad eos qui defluxum in stomachum experuntur.

» Cytinorum, spinæ ægyptiæ, balaustiorum, succi hypocystidos, succi acaciæ, singulorum drachmæ sex, licij, rheu pontici, opij, singulorū drachmæ quatuor, myrræ drachmæ duæ: cōtusa cribrataq; diligenter excipito myrtorum decocto, & in pastillos formato, datoq; prout uires sunt, cum roscarum decocto, aut myrtorum, aut aqua frida, spongijs exterius utens posca imbutis. Cum autem defluxio constiterit, illinito pectus aut locos defluxu laborantes, omphacio acetato dissoluto tepido, usque dum calidi cineris habeat spissitudinem.

Philippi

Philippi medicamentum usū probatum in dysentericis, & sputis cruentis.

Balaustij, acacie, hypocystidos succi, opij, thuris, myrrhæ, croci, gallæ, lycij, aloës, rheu pontici, myrtorum nigrorum, malicorij, singulorum drachmæ quatuor: excipito uino Italico, in pastillosq; formato qui pondere obolos tres adæquent: exhibeto ijs qui febre carent cum uino, febricitantibus ex aqua. Medicamēta à dolore leniendo anodyna dicta, phthisicis, sanguinis educationibus, & alijs quibusdam præter colicos congruunt. In ijs qui sanguinem educunt, non autem omnino tabe detinentur, hoc genus anodynorum medicaminum, quod maiores nostri com posuerunt, accommodum est sanguinem eduentibus, & ijs qui simul hoc patiuntur, & iam tabidi sunt. Item ad alios dolores & dispositiones, præter colicas, quæcunq; in pulmone, arteria, & thorace, reliquisq; particulis constituantur. Differunt autem ab ijs, quæ propriæ colicæ vocantur, mistura aromatum & seminum suraui ter olentium, urinamq; carent: nam facultates colicorum ualentiores his sunt, ut quæ facultatem stupefactoriæ ex refrigerantiū medicamētorum copia præpol lentē habeat, quale est alterci semē, & cicutæ, et liquor papaueris: item & cortex radix mandragoræ. Vtī aut̄ ipsis in colicis cogimur, propter doloris magnitudinē.

Quæ Andromachus ad prædictas dispositiones memorie prodiderit.

Medicamentum à dolore leniendo dictum anodynō, facit ad omnes interiores affectus, & pleuritidas, quo utor. Panacis radicis, dauci seminis, singulorū drachmæ quatuor, castorei drachmæ quatuor (alijs uero drachmæ duæ) alterci seminis, opij, singulorum drachmæ quatuor (alijs drachmæ duæ) mellis quod satis est; dato obolos tres ex aqua cyathis tribus.

Aliud anodynum Marcellini.

Anisi drachmæ duæ, alterci seminis drachmæ duæ, papaueris drach. una, apij seminis drachmæ duæ, croci oboli tres, rosarum siccaram drachma una, myrrhæ, amomi, singulorum drachma una: ubi aqua laeuigaueris, in trigintaduos cogito pastillos: dato in noctem ex aqua cyathis duobus aut tribus.

Aliud anodynum, eo quod ex seminibus constat, & ad sp̄matwū dictum.

Apij seminis, ammeos, singulorū drachmæ octo, anisi drachmæ quatuor, malathri drach. quatuor, opij drachmæ duæ, casiae nigræ drach. duæ: ex aqua pastillos fingito obolos tres pendentes: dato cum passi heminae decimasexta parte, aut aqua.

Aliud anodynum Achillæ Paracenteti.

Anisi, ammeos, singulorū drachmæ octo, apij seminis drachmæ quatuor, opij drachmæ duæ, nardi indicæ, myrrhæ, singulorum drachmæ duæ, piperis drachma una, casiae nigræ drachmæ duæ: fingito pastillos obolos tres pendentes, ut siccati sin guli obolos duos pendeant, ac dato ut reliquos.

Aliud anodynum xenocratis, quo utor potissimum ad tormenta que sp̄ōphrōs uocant, & dysentericos.

Apij seminis drachmæ quinq; anisi drachma una, piperis albi drachma una, myrrhæ oboli quatuor, castorei oboli quatuor, opij oboli tres, gentianæ drachmæ duæ: fingito pastillos trium obolorum, & dato uario modo.

Aliud anodynum Sphragis, exiccans defluxiones, tormenta & tuſim, quo utor.

Myrrhæ drachmæ quinq; (alijs drach. sex) corticis mandragoræ drach. quatuor, liquoris papauerum drachmæ quinq; alterci seminis drach. quatuor (alijs drachmæ duæ) thuris drachmæ quinq; croci tantudem: uino excipito: dato prout uires sunt: quibusdam quod fabæ ægyptiæ magnitudinē impleat, quibusdam etiā obolos duos.

Aliud anodynum Aster dictus, quo utor ad omniē defluxum, dolores, & omnes internas dispositiones, item ad distillationes, uescicam, suffocationes, fluxum muliebrem, stomachum fluxione infestatum, dysentericos, sanguinem expuentes, resolutosq;.

Croci oboli tres, alterci seminis drach. sex, apij seminis drachmæ sex, anisi drach.

» quatuor, styracis drachmæ quatuor, dauci seminis drachmæ quatuor, croci dra-  
» chmæ tres, castorei drachmæ duæ, opij drachmæ tres, myrrhæ drachmæ duæ: non  
» nulli & mandragoræ succi drachmas quatuor adiçtiunt, ut Xenocrates; item pipe  
» ris albi drachmæ sex; fingito ex aqua pastillos, qui trium obolorum pondus ha-  
» beant, datoq; ex aqua.

Aliud anodynum Lycomedi exiccans, ad defluxus, & arterias, oculosq; profuentes.

» Alterci seminis, apij seminis, opij, singulorum drachmæ duæ, anisi drachma una,  
» croci oboli quatuor, rosarum lyciarum drachmæ duæ, myrrhæ drachma una (alijs  
» uero drach. n.) ex aqua fingito pastillos tres obolos pendentes: utitor ut Trigono,

Aliud anodynum exiccans: probè facit ad sputa cruenta, celiacos, dysentericos, 10  
rupturas, item & ad conuulsiones.

» Anisi, apij seminis, opij, singulorum drachmæ quatuor, croci drachma una, alijs  
» terci seminis drachmæ quatuor, styracis drachma una, iuncis odoris drachma una,  
» balaustij oboli quatuor; ex aqua in pastillos cogito duos obolos pendentes; dato  
» ex uino, aut aqua, aut passo.

Alia potio anodynus, qua utor, à Rufo composita.

» Corticis mandragoræ drachmæ quatuor, thuris drachmæ quinque, piperis albi  
» drachmæ sex semis, croci drachmæ quinq; alterci seminis drachmæ quatuor, liquo  
» ris papaueris drachmæ quinq; myrrhæ tantundem, nardi oboli tres, casiae nigrae  
» drach. duæ: ubi in leuorem redegeris, excipitio passo, pastillos fingens drachmam 20  
» unam pendentes, & reponito, ne humiditatem recipiant; dato ex aquæ calidae cya-  
» this duobus, cholericis ex aqua frigida.

Aliud anodynum ad omnes interiores dispositiones, quo utor.

» Casiae nigrae, myrrhæ, opij, aluminis, croci, singulorum drachma una; nonnulli  
» singulorum drachmam unam obolos tres ponunt: fingito pastillos trium obolo-  
» rum, aut duorum; dato si febris adsit, ex aqua: ijs qui febre non infestatur, in uino:  
» hepaticis ex mulsa, item & pleuriticis. Bene facit & ad tussim.

Aliud anodynum exiccans, Trigonis.

» Alterci seminis drachmæ quatuor, anisi, opij, singulorum drachmæ duæ: fingi-  
» to pastillos ex aqua, & dato mane & uesperi, singulos ex frigida.

Aliud anodynum Asclepiadis ad omnes internas dispositiones.

» Seselios, chamæpityos, betij herbæ, syluestris ruta seminis, dauci seminis, singu-  
» lorum drachmæ sex, alterci seminis, opij, singulorum drachmæ octo, castorei dra-  
» chmæ uigintiquinq; rheu pontici drachmæ sedecim; melle excipito.

Aliud ut Charles.

» Turdi drachmæ octo, chamæpityos tantundem, rheu pontici drachmæ sex, ca-  
» storei drachmæ duodecim semis, betæ drachmæ octo, syluestris ruta seminis dra-  
» chmæ octo, dauci seminis drach. octo, opij drachmæ quatuor, alterci seminis dra-  
» chmæ quatuor, croci drachmæ quinq; nonnulli mel atticum adiçtiunt.

Aliud anodynum lucunda dictum: facit ad eos qui phthisi consumuntur, inflanturq;.

» Iridis illyricæ drachmæ triginta, electri, croci, mastiches chia, singulorum drach.  
» tringinta, psyllij drachmæ quadraginta quinq; aut triginta, liquoris papaueris dra-  
» chmæ quindecim: ex aqua pluuiiali fingito pastillos, singulos drachmam penden-  
» tes & obolos tres, datoq;. Psyllium in aqua pluuiiali macerato per diem et noctem,  
» deinde incoctum exprimito cum reliquis, atq; sic misceto.

Alia potio anodynus ex commentariis Aphrodæ, ad omnem dolorem,

neruos, secundas mulierum, coxaq;

» Liquoris papaueris, opobalsami, singulorum drach. una, aut fructus opobalsami  
» drach. una oboli duo, myrrhæ, alterci seminis, castorei, styracis, singulorum drach.  
» una: excipito passo, datoq; cū aquæ calidae cyathis duobus aut tribus sesquiobolii.

Aliud

**Aliud catapotum anodynum ex Aphrodæ commentarijs, ad omnes dispositiones inter n.s.s, item ad quartanas: diebus intercedentibus à cibo abstinetur, deinde assumitur.**

Bene facit etiā ijs qui calculo infestantur, dysentericis, stomachicis, & iam defteratis, nauseantibus: item confert ad oculorum dolores optimè.

Alterci seminis, anisi, styracis, singulorum drachmæ quatuor, croci, opij, singulorum drachmæ tres, castorei drachmæ duæ: in formulas ex aqua digerito ægyptie fabæ magnitudine: dato ex aquæ cyathis duobus.

*Aliud anodynum ad omnes internas dispositiones.*

Apij seminis drachmæ duæ, anisi tantundem, piperis longi, & nigri, singulorum drachma una, castorei oboli quatuor, myrrhæ, opij, singulorum oboli quatuor, panacis, gentianæ, singulorum oboli quatuor, dulcis radiculæ succi oboli tres: cogito in pastillos trium obolorum: dysentericis drachma una datur.

*Alia potio ad omnes affectus internos, sanguinis eductionem quacunq; ex parte feratur, etiam si ex uulnere: in quibusdam facit & ad nephreticos & hepaticos:*

*banc non antè exhibeas nisi mercede accepta.*

Cinamomi, cassiae, singulorum drachmæ duæ, myrrhæ drachma una, piperis albidæ drachma una, piperis longi drachma una, galbanii drachma una, opij drachmæ duæ: laeuigato cum modico melle: partim in formas cogito instar fabæ, partim instar cicerculæ: dato prout uires sunt, ex aqua, aut ut tibi uisum fuerit.

*Alia anodynos Crateri, ad phthisicos, & spuma cruenta.*

Myrrhæ drachmæ sex, mandragoræ drachmæ quatuor, alterci seminis drachmæ quatuor, opij drachmæ quinque, croci, thuris, singulorum drachmæ quinque, rheu drachmæ quinque, cicutæ seminis, styracis, singulorum drachmæ quinque: mulso excipito.

*Aliud anodynum Mysterion, ut Niceratus: facit ad phthisicos, tuſſientes, cœliacos, dysentericos, item ad defluxiones: statim opitulatur.*

Costi, croci, castorei, asari, alterci seminis, opij, styracis, singulorum drachma una: nonnulli alterci seminis dimidiā partem ponunt: melle excipiens utitor.

*Alia anodynos ad destillationem utilis.*

Alterci seminis, liquoris papaueris, amyli, singulorum drachmæ duæ, anisi drachma una; spicæ nardi drachma una: croci, drachma una, minij sinopici oboli tres, aut leminij drachma una: fingito pastillos triginta, dato q̄ duos in nocte ex aqua.

*Quæ ab Asclepiade prodita sunt ad eadem dispositiones.*

Medicamentū quod lingitur, pharos inscriptum. Vini sextarij dimidium, succi marrubij decocti sextarius unus: hæc in uas uitreum coniecta finito macerari per noctem & diem, in sequenti die emollito medicamentū, quemadmodum chondru maceramus, ac ubi omnino dissolutum fuerit, liquorem exprimito, & huius inie ctam selibram imponens igni, coquito continuè: & ubi coierit ut mellis habeat spissitudinem, datur ex hoc mystrum ante & post cibum, pari portione. *Aliud.*

Marrubij tenerrimorum foliorum manipulus, aquæ quātum sufficit. Hæc in uas fictile coniiciens coquito, & cum dissoluta fuerint, eximens terito, & decocto soluta rursus incoquito, inspergens farinæ pollinis acetabulum, & pinguis hinni elaborati uncias tres, adiiciens: atque ubi ea quæ coquuntur bene habuerint, ut reliquias sorbitiones remouens ab igne, & salis modico insperso, exhibeto forbenda. copiosius sorpta magis profunt.

*Aliud Nicerati: facit ad purulentos, ad eos qui difficulter spirant, diurna tuſsi molestantur, quiq; glutinosum uiscosumq; educunt, & ijs quæ à partu purgantur lac reducit: facit etiam bene infantibus alimentum non sentientibus, datum in cibis.*

Marrubij succi sextarij sex: probè autem oportet hoc colligere recens, & tum sum exprimere: uini falerni sextarius unus, mellis attici par mensura, piperis albi,

» myrrhæ, thuris, singulorum drachmæ octo; coquito uinum succumq; & ubi tertia  
» pars relicta fuerit, adiçito mel: ubi coierint, sicca adiçito; diligenter trita omnia  
» transfundito in uas uitreum, datoq; mystrum ante cibum.

Aliud, Scribonij Largi.

» Marrubij succi sextarij sex, semper uiri succi tantudem, mellis attici sextarij qua-  
» tuor, aut unus, uini Italici sextarius unus, picis liquidæ, brusiae tantudem, nardi in  
» dicæ, croci, myrrhæ, thuris, piperis albi, singulorum drachmæ octo: preparato, &  
» utitor in modum prædictum.

Aliud, phthisicis & distillationibus thoracem infstantibus accommodum.

» Cucumeris domestici excorticati drachmæ octo, amyli drachmæ quatuor, lini 10  
» seminis, papaueris albi seminis, singulorum drach. duę: contusa cribrataq; excipi-  
» to diluto tragacanthæ, singitoq; pastillos drachmā unam pendentes, & dato obo-  
» los tres, ijs qui febre carent ex uino & myrti diluto, febricitantibus ex succo rhus.  
» Aliud. Amyli drachmæ quatuor, cucumeris domestici seminis torrefacti, papaueris  
» albi seminis torrefacti, amygdalarum purgatarum, singulorum drachmæ duę, tra-  
» gacanthæ drachma una oboli tres, croci drachma una; excipito tragacanthæ dilu-  
» to, ad hæc ex scybelitæ decocto, & utitor similiter.

Aliud, Scribonij Largi catapotium ad phthisicos, & eos qui difficulter glutinosa ex-  
» creant, purulentosq; facit, membranas educt, abunde purgat:

oportet autem insistere medicamento.

» Sagapeni, myrrhæ, singulorum drachmæ duę, opij, cardamomi, singulorum  
» drachmæ quatuor, castorei tantudem, piperis albi oboli tres; excipito passo, et fac-  
» catapotia; dato ex cyathis tribus aquæ calidæ bibere.

Alia Thesspiani purulentis efficax: confert etiam ad latentes abscessus.

» Apij seminis, opij, melanthij, singulorum drachmæ tres, castorei drachmæ duę,  
» dauci seminis, sinonis, iridis, singulorum drachmæ sex; excipito melle decoctio, da-  
» toq; cum aquæ cyathis tribus, instar nucis auellanæ.

Aliud Cosi ad ea que ægrè sursum educuntur: facit etiam & ad purulentos:  
maxime autem utile est ijs qui crassa glutinosaq; reieciunt.

» Mellis attici decocti, ut glutinosum fiat, libram unam, piperis contusi cribratiq; 30  
» myrrhæ, singulorum unciam unam: excipito myrrham & piper laevigata melle  
» cocto, datoq; in catapotia instar nucis auellanæ. In quibusdam exemplaribus ha-  
» bet, myrrhæ drachmæ duę, mellis decocti libra una, piperis uncia una, myrrhæ,  
» opopanacis, singulorum drachmæ sex: preparato, datoq; similiter in modum  
» prædictum.

Aliud. Pastillus dia mandragoru, id est, ex mandragora Sphragis inscriptus: facit ad sputa  
cruenta, omnemq; defluxionem exiccat.

» Corticis mandragoræ radicis drachmæ quatuor, alterci seminis drachmæ qua-  
» tuor, thuris masculi, liquoris papaueris, myrrhæ, croci, singuloru drachmæ quinq;  
» laevigata in pastillos cogito qui singuli obolum pendeat, datoq; secundum unius  
» cuiusc dispositionem.

Aliud Ptolemai Gnorimi.

» Styracis, opij, thuris, croci, singulorum drachmæ quinq; corticis mandragoræ,  
» alterci albi seminis, dauci creticæ, singulorum drachmæ quatuor, casiae drach. duę:  
» uino amīnæo excipito, datoq; obolum ex aquæ calidæ cyathis duobus.

Aliud ad easdem dispositiones.

» Styracis drachmæ sex, myrrhæ, opij, alterci seminis, erysimi torrefacti, singuloru  
» drachmæ quatuor, corticis mandragoræ, opopanacis, singulorum drachmæ duę:  
» piperis albi, nitri spumæ, singulorum drachma una: melle cocto excipito, datoq;  
» quod erui magnitudinem æquet.

Aliud

**Aliud panchreston inscriptum:** probè facit ad tusses diuturnas, purulentos, & recta cervice spirantes, phthisicos: item ualeat ad præcordiorum distensiones, omnemq; inflationem, mulierum menstrua, & ea que relicta sunt ex corruptione, aut secundas à partu educit: medetur etiam uescicæ dispositionibus.

Resinæ terebinthinæ drachmæ octo, styracis drachmæ sex, myrrhæ drachmæ quinq; croci, iridis, galbani, singulorum drachmæ quatuor, alterci seminis, corticis mandragoræ, erysimi torrefacti, opopanacis, singulorum drachmæ duæ, piperis, aphronitri, singulorum drachma una: passo excipito.

*Charixenis peripneumonia, & diuturna tussi laborantibus medicamentum idoneum.*

Myrrhæ, thuris corticis (in alio & opij et mandragore habet) sagapeni, alterci alii seminis, opopanacis, dictamni cretensis, pilularū marrubij, singulorū drach. iiiij. macerata in aqua formato pastillos, datoq; ex mulsa cyathis tribus, obolos tres.

**Aliud medicamentum Asclepiadi cognominati Philosophici probatum.**

Corticis mandragoræ, apij seminis, singulorum drachmæ quatuor, myrrhæ, croci, anisi, dauci seminis, succi rhus rubri, alterci seminis, piperis albi, castorei, sagapeni, opopanacis, singulorū drachmæ duæ; melle cocto excipito, datoq; secundum cuiusq; uires; liquor autem sit dispositioni congruus.

*Antidotum Thespianum, phthisicos, & ijs qui difficulter glutinosa reiciunt, purulentisq; idoneum:*

*facit etiam ad omnes interiores dispositiones: in primis autem appetitum excitat ad cibum.*

Apij seminis drachmæ duodecim, myrrhæ, anisi, opij, singulorū drachmæ sex, piperis albi drachmæ quinq; petroselini, nardi, piperis longi, singulorū drachmæ quatuor, castorei, iunci odorati floris, croci, singulorum drachmæ tres, cinamomi drachmæ duæ, casiae aromaticæ drachmæ quatuor: excipito melle cocto, datoq; instar nucis auellanæ dormituro, ex aquæ cyathis tribus.

*Antidotum Aristis aristomaci mir'e facultatis: hoc Paulinum appellamus: probè facit ad spuma cruenta, tussientes, phthisicos, purulentos, peripneumonicos, conuulsiones, rupturas, stomachi subuersiones: ualeat item ad cholera, cœliacos, dysentericos, uescicæ dispositiones, uulnere suffocatus, ad febres que per circuitum repetunt, hora ante accessionem exhibitum. Confert & malo habitu præditis, qui cibum non sentiunt, aduersus letalia medicamenta, & bestiarum virus iaculantium ictus.*

Cinamomi, costi, galbani, castorei, liquoris papaueris, piperis nigri & longi, styracis, singulorum drachma una, mellis sextarius unus: sicca contunduntur, incrinuntur q; tenuissimo cribro: galbanum uero cum melle coquitur, et cum dissolutu fuerit, mel insaccat, & huic reliqua adjiciuntur, cotunduntur q; deinde reponuntur p; xide uitrea aut argentea; utitor ad prædictas dispositiones, et dato ex mulsa cyathis tribus, qd fabæ ægyptiæ magnitudinæ habeat, instillatis digito aceti guttis nouem.

*Alia Antonij Muse, Panacia: usus est Diotis iatraliuptes: facit ad eos qui per circuitum rigore infestantur, diuturnas febres discutit, reliquosq; morbos: confert diuturnæ tussi, phthisicos, glutinosa uix excreantibus, purulentis, difficulter spirantibus: item conuulsiones, rupturas, diuturnis lienis inflationibus, hydropicis, inueteratis cœliacis: edicit res num calculos, & urinam probè citat: ualeat aduersus omnem serpentis ictum, & letalia medicamenta, & quamlibet materiam uiridentam.*

Piperis albi aut longi drachmæ octo, alterci albi seminis, cardamomi, myrrhæ, thuris, singulorum drachmæ duodecim, opij, croci, singulorum drachmæ decem, sulphuris uiui drach. sex, costi, aristolochiæ longæ, corticis aut mali mandragoræ, euphorbij, singulorum drachmæ tres, mellis attici decocti quod satis est: datur ijs qui per circuitum rigore infestantur instar nucis auellanæ, reliquis secundu uires.

*Alia Cerusiani, data à Philippo Trallianis: hac utens, phthisicos, purulentosq; liberauit.*

Piperis albi, liquoris eyrenaici, syriaci, liquoris papaueris, singulorum unciae.

„tres, myrrhae, croci, sulphuris uiri, alterci albi seminis, singulorum semuncia, ma-  
„lorum mandragorae drachmæ duæ, cardamomi uncia una, mellis attici libra una;  
„datur prout uires sunt, in modum prædictum. Sic in alio exemplari scriptum reli-  
„quit, piperis unciae tres, liquoris cyrenaici uncia una, liquoris papaueris semuncia,  
„liquoris syriaci semuncia, alterci albi seminis, malorum mandragorae, singulorum  
„drachmæ duæ, cardamomi uncia una, mellis attici libra una; datur prout uires exi-  
„gunt in modum præscriptum.

## De orthopnoea.

Qui citra febrem crebro ueluti à citatiore cursu respirant, ab accidenti quod su-  
peruenit, nostris suspriosi, Græcis ἀθματικοὶ appellantur, idemq; ab alio sympto-  
mate, orthopnoici dicuntur, quod perpetuo supra thoracem totum corpus recta  
habere coguntur, metuentes ne strangulentur. Hinc cubile in superioribus parti-  
bus, quibus thorax incubit, rectius ipsis præparant, ne dormientes suffocatu-  
reant. Et quod inspiratur ipsis, minus est quam usus respirationis requirat, et si tho-  
rax plurimum distendatur: unde etiā conflat, angustiam quandam meatuum præ-  
ter naturam intus ipsis esse obortam, cuius euidentem quoq; egrotates ipsis sensum  
obtinent. Accidit igitur & purulentis, quos emp̄yos nominant, meatum angu-  
stia, propter humorem intra thoracem & pulmonem congregatum. Iam & peri  
pneumonicis, ex pulmonis inflammatione obuenit. Reliqui uero sunt duo affe-  
ctus, qui angustiam uis per quas spiritus inspiratur, efficiunt, quum uel humorū  
crassorum, uiscosorumq; copia pulmonum cauernulis infarcta est, uel tumor ali-  
quis abscessum referens in ipsis consistit. Ac curatio sanè aliquid utriq; dispositio-  
ni commune, aliquid alteri proprium obtinet. Commune quidem, ut humidita-  
tis morbos generantis superfluitatem absumat aboleatq;: peculiare uero, ut qua  
uiscosis crassisq; humoribus dicata est, attenuantibus & abstensorijs medicamen-  
tis constet: quæ uero tumoribus abscessorijs, extenuatibus & desiccatorijs: que rur  
sus uniuersis in alto corporis latentibus abscessibus communis est. Vini igitur po-  
tio utriq; cōuenit, tenuis subsistentiae. Uniuersus autem potus exiguis competit,  
quibus abscessus oboritur: multus, quibus pulmonum cauernæ uiscosis, crassisq;  
humoribus sunt infarctæ. Etenim medicamenta quæ eiusmodi ipsorum humores,  
abstergunt, tusses quidem necessariò mouent: id autē quod abstergitur, non facile  
propter crassitatem expuitur. Maiore itaq; humiditate opus est, ut ex facili sursum  
possint egeri. Verum sicut in alijs medicamentis citra distinctionem scribentes ple-  
riq; medicorum, ita etiam in hjs quæ ad hæc ambo uitia conueniunt, delinquunt.  
Quinetiam nonnulla medicamentorum conficiuntur, alteri affectuum utilia, quedā  
alteri, aliqua ad ambo mediocriter congruūt: nihil autem quod dici queat auxiliū  
adferunt. Indicabo singula quæ maiores tradiderunt medicamenta insignia, qualē  
facultatem habeat, auspicatus ab hjs quæ in secundo interiorū Asclepiades tradidit,

Quæ Asclepiades ad spirandi difficultatem medicamenta memorie prodiderit.

Linchus ad ægræ spirantes, Antonij Musæ.

„Asellorum qui sub aquarijs uasis delitescant sextarius: in uas fictile iniectus su-  
„per prunas torretur: ubi alborem acceperint, teruntur, et melle cocto excipiuntur;  
„daturq; mystrum in linctu ante cibum. Aliud. Scillae crudæ succū exprimito, eiq;  
„mellis attici tantundem addito; superposita prunis incoquito, datoq; mystri men-  
„sura ante cibum & post.

Aliud Charixenis.

„Origani drach. octo, thymi comæ, iridis illyricæ, calaminthæ siccæ, piperis albi,  
„anisi torrefacti, singulorū tantundem: contûditio incernitoq; cribro tenuissimo: mel  
„le cocto excipito: datur nucis auellanæ instar. Aliud. Piperis albī libra, thuris unc.  
„quatuor, calaminthæ siccæ, anisi torrefacti, pulegij sine fructu, singulorū uncie tres,

apq;

apij seminis, thymi, gummi, singulae unciae: excipito melle, & preparatis, ut dictum est, utitor.

Potio ad spiritus difficultatem, medicamentum Chariclis probatum: protinus auxiliatur.

Vuae passae rhodiæ sine aciniß acetabulum, fœnugræci loti tantundem, aquæ pluviæ sextarius: coquuntur quoisque dissoluantur: liquor percolatus reponitur. Ex hoc dato, calefaciens continuè, & singulis accessionibus, cyathi mensuram. Aliud. Abrotani partes duæ, uua passæ pinguis tantundem, ruta surculorum pars una, aquæ pluvialis sextarij tres: coquuntur ad tertias: liquor exprimitur, atq; huic adiectis mellis uncij decem, rursus incoquuntur, dantur q; ut prædictum est.

Catapotium, difficulter spirantibus, & suspriosissime.

Abrotani partes duæ, surculorum rutæ, absinthij, gummi, singulorum drach. quatuor: contusa cribrataq; aceto, macerata in orbiculos duodecim cogito, datoq; ex oxymelite.

Aliud Nicerati.

Castorij, suffiminiß ammoniaci, abrotani, singulorum unciae duæ, absinthij, curmini æthiopici, singulorum drachma una. Aceto macerata in catapotia formato, datoq; ciceris magnitudine.

Medicamentum quod ex sulphure uiuo constat, ad difficulter spirantes.

Anisi, sulphuris ignem non experti, singuli quadrantes, guttæ ammoniaci, castorij, melanthij, singulorum drachmæ quatuor: quino dissoluta in catapotia cogito, ac dato unum ex ternis oxymelitis cyathis. Aliud. Rutæ sylvestris seminis drachmæ quatuor, aristolochiæ, abrotani, absinthij, guttæ ammoniaci, sulphuris uiui, singulorū paria pondera: aceto macerata, in orbiculos ciceris instar cogito, duos ex tribus oxymelitis calidi cyathis propinato. Hæc omnia medicamenta ab Asclepiade prodita, ijs qui propriè à difficultate spirandi, dyspnoici græcè appellantur, conueniunt, uocant autem sic, quibus cauernæ pulmonis humoribus crassis & visciosis repletæ sunt, in quibus ut dixi præterquam quod humorū crassities lentoq; incidet, extenuabiturq; non nihil etiam humiditatis medicamentis & uictui adesse conuenit. Abscessus autem quum extenuantia, siccantiaq; requirant, gaudent maxime aromatum facultatibus, quas omnes esse tenui partium, & siccatorias ostendi mus, necnon calefacere. Quare ijs, qui non nisi recta ceruice respirant, & asthmaticis medicamenta conuenient, quæ citra calorem incident: eoq; maxime ipsos acetum iuuat scilliticu, ipsaq; scilla, & quod ex huiusmodi aceto præparatur oxymel. Cæterum asellorum meminit, qui sub hydris stabulantur, ceu extenuatoria & digerenti facultate præditorum. Ex qua uero notione ad usum ipsorum peruererit, non possum explicare. Verum sicut id quod uehemeter calefacit, in huiusmodi affectu uitandum est, eo quod viscosi crassiq; humores non solum nihil inde iuuantur, uti etiam offendentur: eodem modo, quæ ualide refrigerant, cauere oportet; incrassant enim omnia, humores contrahunt, et abstersioni contumaces reddunt. Qua de causa recte fecerunt huiusmodi medicaminum autores, qui neq; papaveris liquorem, neq; mandragore succum, aut radicis corticem, aut alterci semen, aut cicutam, aut psyllium, aut lini semen miscuerint: multo magis neq; astringens aliquod medicamen. Nam huiusmodi dispositionibus maxime aduersant, ut uidetis.

Quæ Andromachus tradidcrit medicamenta ad huiusmodi dispositiones, &

spirandi difficultatem.

Sulphuris uiui drachma una, ruta sylvestris seminis drachma una, aristolochiæ, absinthij, guttæ ammoniacæ, abrotani, singulorum drachmæ quatuor: leuigata ex aceto formato pastillos fabæ magnitudinis: dato manæ tres, in noctem totidem.

Aliud ad spirandi difficultatem, ut Alecnius.

Cucurbitæ sylvestris, quæ colocynthis dicitur, carnis oboli tres, panacis totide,

» anisi obolus unus; ex aqua excipito, catapotia quatuor efficiens; ubi siccaturis, da-  
» to obolum; pridie autem simplici euacuatione uenter inaniatur. Aliud. Cucurbi-  
» ta sylvestris sesquidrachma, iridis illyricæ, radicis opopanacis, singulorum drach.  
» duæ, abrotani drachma una, nitri drachma una (alijs obolos tres ponunt) aqua ex  
» cipito, & formato pastillos instar fabæ; dantur quatuor, intercedente dimidia hora,  
» dato mulsa heminæ dimidiū. Aliud. Sinapi drach. una, salis communis oboli tres,  
» elaterij oboli tres (alijs sesquibolum ponunt) laevigatis ex aqua formato pastillos  
» octo, quotidie dato ex hydromelite. Aliud. Guttae ammoniacæ drachma una, ab-  
» rotani drachmæ duæ, sulphuris ignem non experti drachma una; ex aqua fingo  
» pastillos; exhibeto ex hydromelitis cyathis tribus.

Aliud, ad eos qui non nisi recta ceruice spirant.

» Elaterij semiobolum, asinos qui ex stercoribus capiuntur tres: laevigato simul,  
» datoq; dimidiū cum aquæ cyatho uno.

Aliud ut Philinus: facit ad susprium & spirandi difficultatem.

» Cardamomi drachmæ tres, iridis sesquidrachma, panacis sesquidrachma, casiae  
» sesquidrachma, struthij sesquidrachma, styracis drachmæ duæ, thymi drach. octo,  
» rutæ sylvestris seminis drachmæ octo, abrotani drachmæ octo; aristolochia clema  
» tidis, sulphuris uiui, guttae ammoniacæ, singulorum drachmæ octo: ex aceto acri  
» in cerati spissitudine redigito, ac dato ægyptiæ fabæ instar ex aquæ cyathis tribus.

Ad eos qui non nisi recta ceruice spirant, ut Apollonius.

» Scillæ pars una, sulphuris uiui, bituminis, utriusque pars una; dantur obolis tres  
» ex oxymelite.

Ad eos qui non nisi recta ceruice spirant Sosistrate autore.

» Opopanacis drachma una, myrræ drachma una, piperis grana quadraginta,  
» rutæ fasciculus quantus duobus digitis comprehendendi potest; laevigans fingo cata-  
» potia uiginti, et dato manè unum, item uesperi tantundem, febricitatibus ex aque  
» cyathis duobus, ijs qui febre carent ex aqua.

Ad eos qui non nisi recta ceruice spirant, Andronici.

» Sulphuris uiui oboli tres, guttae ammoniacæ drachma, anisi, myrræ, castorei,  
» singulorum drachma, cumini æthiopici drachma: ex aqua pastillos formato, si-  
» gulos scrupula tria, aut quatuor pendentes; in nocte dato ex aquæ cyathis duobus.

Ad eos qui non nisi recta ceruice spirant, tuffientes, peripneumonicos, phthisicos,  
difficulter spirantes, hepaticos, ut Eugenius.

» Croci drachmæ octo, misyos drachmæ quatuor, baccarum lauri drachmæ duæ,  
» piperis albi & longi, utriusq; drachma una, opij drachmæ tres, costi oboli tres, reli-  
» na terebinthinæ oboli quinque, galbani oboli tres, glycyrrhizæ succi oboli duo,  
» gumimi obolus unus, mellis selibra; dato cochlearium unum ex aquæ cyathis duo  
bus, aut tribus; si res urget, etiam ante cibum & post.

Ad eos qui non nisi recta ceruice spirant, Valentis.

» Opopanacis drachmæ duæ, cucurbitæ sylvestris carnis drachma una: summa 40  
» mensura hæc est.

Aliud Onetri.

» Castorei drachma una, guttae ammoniacæ drachmæ duæ: huius dimidiū da-  
» to ex mulsa.

Ad eos qui non nisi sub recta ceruice spirant, Podanithi.

» Sinapis drachma una, salis drachma una, nitri oboli tres: in octo pastillos cogi-  
» to; datoq; in noctem duos, & die intercedente etiam sex aqua exceptos dato.

CLAVDII